

05 H 489

I

EX

DN
IC

SVM

TYP

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
**CLERICOC
DEBITORE**

QVAM
DEO T. O. M. ANNVENTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO CAROLO

PRINCIPE BORVSSIAE MARCHIONE

BRANDENBVRG. RELIQA

IN REGIA FRIDERICIANA

EX DECRETO ET AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

MODERANTE

DN. IVSTO HENNING. BOEHMERO

ICTO, COMITE PALAT. CAESAR. REGIAE MAI. BORVSS.

CONSILIARIO AVLICO ET PROFESSORE IVRIS ORDIN.

PRO GRADV DOCTORALI

SVMMISQUE IN VTROQVE IVRE HONORIBVS ET PRI-

VILEGIIS RITE CAPESSENDIS

AD DIEM XXX. NOVEMBR. MDCCXV.

IN AUDITORIO MAIORI

HORIS ANTE - ET POMERIDIANIS

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVCTOR

IACOBVS ECK

COLON. AD RHEN.

HALAE MAGDEBURGICAE

TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

RECUSA MDCCXXXV. (14)

ERINNERTHEIT



05 H 489



debi
ditor
plius
illud
cap.
des;
paup
æuu
rum
bet.
seris



L. B. S.



*Olue, quod debes, æquissima
vox est, ipso iure gentium
commendata, recte ait SENECA
de benef. L. III. c. 14. Quid
mirum inde, clericis, ex con-
tractu alioque negotio licito
debitoribus, eandem sæpiissime cantilenam cre-
ditores occinuisse? Non enim in ea viuimus am-
plius ætate, vbi (vti tempore Regis SALOMONIS
illud contigisse testantur sacræ literæ 1. Regum
cap. 10. vs. 27.) argentum redditum est, vt lapi-
des; cum potius, & clericos, & laicos durissimo
paupertatis iugo oppressos lugere, nostrumque
æuum verissime in tempora seculi ferrei poeta-
rum incidisse, experientia næ nimium! compro-
bet. Aequissimum inde reuera fuit, quod mi-
seris debitoribus diuersimode a legibus & docto-*

ribus solamen præstitum sit: ne scilicet afflictis adderetur afflictio, auarique creditores inde malitia suæ promouendæ occasionem arriperent. Idcirco eadem in legibus Imperii passim, præsertim vero in Rec. nouiss. 1654. s. Nachdem auch in dem Friedens-Schluss. & Instrum. pac. Westphal. art. VIII. s. de *indaganda*, repetita videntur. Sed ut hæc in genere expedita, & clericis & laicis communia sint; maxima tamen, circa iura & priuilegia *clericis debitoris* determinanda, enascitur difficultas; adeo ut, consideratis mire variantibus Dd. opinionibus & eorum nimio quandoque partium studio, hic merito vetus illud dicterium applicetur: *bic Rhodus, bic salta.* Ideo est, quod in præsenti dissertatione inaugurali in veram *clericis debitoris* indolem, eiusque peculiaria iura & immunitates, (quatenus ex iure, tam ciuili quam canonico, probari queunt, ac nostrarum ecclesiarum statui conformia sunt) inquirere constituerim. In quo assequendo, vtrum bene, an male steterim, tui erit B. L. iudicare. Iudicium vero ab affectibus & studio partium vacuum exopto, quo casu mihi firmissime polliceor, fore, ut veritati assensum præbens, mecum eandem ulterius promouere cupias. Vale.

Q. F.



DISSE^TAT^O IVRIDICA IN AVGVRALIS
DE
CLERIC^O DEBITORE

Caput I. præliminare.

De origine & progressu prærogatiuarum clericalium.

S. I.

Quemadmodum plerisque quondam gentibus maxima cultus diuini reuerentia: ita & sacerdotum, qui huius in primis curam gerebant, peculiari^s inde existimatio. Quæ etiam si alibi maior, alibi minor, ubique tamen *insignis* existit a). Quando enim sacerdotes, singulare cum Diis

Autoritas sa-
cerdotum
apud gentiles

maximis abu-
sibus ansam
com-
præbuit.

S. I. a) Apud Vandalo^s tanto in honore sacerdotes fuisse, ut regibus æquiparentur, obseruat HELMOLD. L. 1. c. 6. & 37. & L. 2. c. 2. Apud Aegyptios secundum a rege obtinebant locum. DIODORVS SICUL. Aegyptios. L. 1. c. 73. Romani vero præcipue summa veneratione sacerdotes suos Romanos prosecuti fuere. Cuius rei locupletissimum adfert testimonium *lex Auguralis*, quæ extat apud CICER. L. 2. de LL. huiusmodi: *Interpretes* hinc ipsi im-

In specie apud
Vandalo^s.

Aegyptios.

Romanos.

perantes sa-
cerdotium as-
sumserunt.

Iouis optimi maximi, publici augures signis & auspiciis postea vidento: disciplinam tenento: sacerdotes vineta, virgetaque, & salutem populi auguranto, quique agent rem duelli, quique populare auspicium præmonento: oblique obtemperanto: diuorumque iras prouidento, iisque parento: coeli- que fulgura regionibus ratis temperanto: urbemque, & agros, & templam li- berata, & effata habento: queque auguri iniusta, nefasta, viriosa, dira dixe- rit, irrita, infestaque sunt: quique non paruerit, capitale esto. De mori- bus aliarum gentium vid. CLVVER. L. 1. Antiqu. German. c. 24. ALEX. ab ALEX. Gen. Dier. L. 2. c. 8. vt & in specie de maioribus nostris ARKIEL.

commerciū sibi intercedere simulantes, quæ Deorum esset voluntas, sœpius monerent, rudior plebecula, *specioso pietatis colore capta*, ab ipsorum potius quam du-
cum nutu pendere maluit. Vnde etiam priuatas suas altercationes illorum arbitrio, tanquam æquiori, sœpius submittebant b). Eisdem denique sacerdotibus Deos aut fauentes, aut iratos *pro lubitu præstantibus* res illuc peruenit, vt expediendis maxime arduis reipublicæ negotiis sacrificuli tantum non omne momentum afferrent, nec quid tuto sine eis agi, aut intermitti posse, per-
suasum esset c). Quamobrem vſitatissimum esse coepit,

vt

Cimbrische Heyden Religion. c. 32. Add. DVAREN. Comment. de Sacr. eel. min. L. 7. c. 10. p. 380.

Apud Gallos.

Pontifices apud Romanos emnia fere poterant.

Idem in Rep. Iudaica, sed alia ex ratio-
ne, obtinuit.

b) *De Gallis testatur IVLIVS CAESAR de bello Gall. lib. 6.* apud eos iudicia a Druidibus exercita fuisse.

c) Apud Romanos pontificum autoritas illud testatur, quæ certe maxima in plerisque, etiam ciuilibus, causis cerni potuit. vid. ALEX. ab ALEX. alleg. l. Vnde cito. in Orat. pro domo sua pontifices ita alloquitur: Cum multa diuinitus pontificibus a maioribus nostris inuenta atque instituta sunt, tum nihil preclarior, quam quod vos eosdem, & religionibus Deorum immortalium, & summa Reip. præesse voluerunt, ut amplissimi & clarissimi eius rempublicam bene gerendo, pontifices religionem sapienter admini-
strando, rempublicam conservarent. Quod si villo tempore magna causa in sacerdotum populi Romani iudicio ac potestate versata est: hoc profecto tan-
te est, vt OMNIS REIPUBLICÆ DIGNITAS, OMNIVM SALVS,
VITA, LIBERTAS, ARAE, FOCI, DII PENATES, BONA FORTV-
NAE, DOMICILIA, VESTRAE SAPIENTIAE, FIDEI, POTESTA-
TIQUE COMMISSA & credita esse videantur, vid. ROSIN. Antiq. Ro-
man. L. III. c. 22. Non infringunt dicta, quod sacerdotes in Rep. Iudaica æque magnam circa administrationem Reip. potestatem habuerint:
quoniam hanc rempublicam Deus peculiariter prorsus ratione per sacer-
dotes dirigebat, qui vice sua iudicia legis exercerent, ita vt necessario
ad

vt ipsi summi imperantes eminentissimo sacerdotii munere defungerentur d), atque hoc modo, quod, vt *principes*, obtinere non poterant, tanquam *voluntatis diuinæ interpretes* metu Numinis a populo consequerentur.

§. II. Si ergo apud ethnicos sacerdotalis dignitas ^{Inde clericos-} tanti semper habita fuit, quid mirum, in primitiva Chri- ^{rum veneratione} stianorum ecclesia verbi diuini ministros singulare non mi- ^{apud Christia-} nus veneratione exceptos fuisse? Ex quo enim ius docen- ^{nos,} di & sacramenta administrandi *ordinis gratia* eis speciatim demandatum fuerat e), veteris sacerdotii simulacrum pe- detentim referre cœperunt, pristinam, si non maiorem, illius potestatem reducere anhelantes f). Accedebat opi- ^{nio}

ad expedienda negotia ciuilia concarrere debuerint. vid. Excell. DN. BOEHMER. orig. iur. eccl. Cap. XIII. §. 1. &c. Conf. ARNIEL. c. l. §. 20.

d) NVMA POMPILIVS eius rei apud Romanos autor fuit. vid. ROSIN. Exempla re-
d. l. Aliud illustre exemplum exhibit Melchisedec, Rex Schalemi, qui cum, qui sa-
dicitur fuisse *sacerdos Deo fortis, excelsus*. GENES. XIV. v. 18. AVGUSTVS cerdotii mu-
quoque aliique insequentes Imperatores nec pontificium munus recu-
farunt, vti ex numismatibus, SVETONIO, TACITO, aliisque autoribus con-
stat. vid. ZOSIMVS in *Gratian.* & *Theodos.* fol. 761. SELDENVS de *Synedr.*
L. I. cap. 10. Aegyptios quandam non nisi ex sacerdotibus sibi regem ele-
gisse obseruat ex ROSSEO P. XV. de Relig. mund. q. penult. p. 682. ARN-
KIEL. d. l. §. 6. Conf. CUTHERVVS de vet. iur. pontif. SAMVEL PITISCVS in
Lexic. antiqu. Roman. voc. Pontifex maximus. & voce *sacerdos.*

§. II. e) HILARIUS in *Comment. ad Ephef.* IV. vid. DN. BOEHMER
in *iur. Eccl. L. I. tit. XXXII. §. 29.*

f) Quantum opinio de continuato hoc sacerdotio Christianæ ecclesiæ Vetus sacer-
damnum dederit, vix dici potest. Inde enim *independentia cleri*, eiusque dotum Chri-
exorbitans dignitas, excellentiaque in primis deductæ. Conf. omnino stianis hand
ANDR. de SAVSSAY in *panoplia sacerdotali*, seu de *venerando sacerdot. habi-* conuenit.
tu, eorum multiplici munere ac officio in ecclesia Dei. DN. BOEHMER. orig.
iur. eccl. c. XIII. VITRINGA de Synagog. in prolegom. p. 69, vbi seq. p. 70.
elegan-

pietatis præsumptione
captos.

nio pietatis, sanctitatis & integratatis morum, qua præ cæteris inclinerunt, ut laici se lubentes illorum directioni submiserint. Vnde tum lugente adhuc sub Imperatoribus ethniciis ecclesia, tum sub christianis Imperatoribus florente, ad controuersias inter priuatos exortas componendas iudicia ecclesiastica g) exercebant; quo ipso insignis accessio ad eorum autoritatem siebat, illorumque ambitio commodiorum se exserendi occasionem nanciscebatur h).

§. III.

eleganter tradit, quatenus sacerdotum nomen clericis Christianis accommodari possit. Add. ZIEGLER. de episcop. Lib. 1. cap. 1. §. 5. & seq.

Origo iudicio-
rum ecclesia-
sticorum.

g) De quibus NICEPHORVS Lib. VI. Histor. eccl. c. 46. hanc in modum loquitur: Cum odia & contentiones gliscerent inter eos, in quibus minime oportebat, indignumque videretur omnibus, Christianos coram ethnicis litigare, moniti sunt, ut reliquo paganorum foro paterno præsumum iudicio acquiescerent. Idem iam modo PAVLVS 1. Cor. VI. v. 1. Corinthiis inculcarat, cuius rei seriem peculiari dissertatione explicuit SAM. BAS-
NAGE de eccl. tribunal. Conf. etiam DN. BOEHMER. orig. iur. eccl. cap. IV. §. 5 - 9. & cap. XX. EIVS D. differt. iur. eccl. antiqu. tertia ad Plin. SEC. DN. LUDOVICI Confessorial-Processus cap. 1. §. 16. NAEVII Priester-
Recht cap. VI. §. 4. ZIEGL. alleg. tr. L. III. c. 30. §. XXV. -- XXXIII.

Ambito cle-
ricorum.

h) Ab hoc enim in primis tempore dignitatem suam regiam longe exsuperare, clericu contendereunt. Hinc est, quod AVCTOR Epist. ad Smyrneos, (quæ IGNATII nomine circumfertur, sed ab humilitate hu-
ijs sanctissimi viri aliena videtur) scribat: Honora, fili, Deum & regem. Ego vero dico, honora Deum, ut omnium autorem & dominum, episcopum autem ut principem sacerdotum, imaginem Dei referentem; Dei quidem propter principatum; Christi vero propter sacerdotium. ET CHRYSOST. Homil.
III. in cap. VI. Esiae ita loquitur: Si vis videre, quantum absit rex a sa-
cerdote, expende modum potestatis utriusque tradita, & videbis sacerdotem multo sublimius rege sedentem: admirandus videretur thronus regius, sed re-
rum terrenarum administrationem sortitus est; sacerdotis thronus in celo collocatus, de cœlestibus negotiis habet pronunciandi autoritatem. Alia loca, quæ hoc spectant, adducit DN. BOEHMER. in iur. eccl. Protest. L. 1.
tit. XXXI. de Off. Iud. Ord. §. 31. §. III. i)

§. III. Quanquam vero, CONSTANTINO M. sese fidei Christianæ adiungente, ecclesia sub tutela secularis imperii esse cœpisset, ideoque clericorum status plurimum fuisse immutandus; cum nimis nulla iam amplius ad-
fuerunt priuilegia.
eſſet neceſſitas, episcoporum arbitrio omnia in ecclesiasticis permittendi, vbi principes ipſi ſummam ecclesiæ curam gerere poterant i): Attamen Constantinus, eiusque ſuccelfores Christiani, nimio religionis fauore, aut potius rationibus politicis ad id induēti, clericorum directioni plerasque res ecclesiasticas reliquere k); illos præterea inſignibus priuilegiis, multaque præ laicis prærogatiua donantes l). Neque animaduertebant, quantum aliquando reipublicæ, imo & ſuccelforibus ſuis detrimenntum ex tali connuentia, totque cum clero communicatis iuribus & priuilegiis exoriturum eſſet m). Siquidem Quibus clericis
inde
deinde in præ-
iudicium
Impp. abuſi
fuerunt.

§. III. i) Vid. DN. BOEHMER alleg. I. §. 31.

k) Primo enim puncta fidei, controverſa ecclesiasticis examinanda Quid clericis & decidenda commiserunt; 2) nimia præterea in matrimonialibus & ex communicatione ipſis confeſſa potestas; 3) episcopalis denique audientia in vſu remansit, quæ iurisdictioni ecclesiasticæ deinde anſam dedit. Vid. PVFFENDORFF. *Einleitung zur Historie. Tom. I. Cap. XVIII. §. 12. &c.*

l) Extant huius rei plurima in codice repetita prælectionis vestigia, que separatim consignauit CORVINVS A BELDEREN in libro, cui titulus, *Iustinianus Catholicus*. Add. ZIEGLER. *de Episcop. Lib. III. cap. 30. §. XXXIV. &c.*

m) Inde eſt, quod Imperatores Christiani, in primis vero CONSTANTINUS M. apud plurimos ob intempeſtiuam, & nimiam liberalitatem suam male audiant. CONSTANTINVM M. enim independentia clericorum fundamenta posuisse volunt, quando eos in Concilio Nicæno ita allocutus eſt: *Deus constituit vos sacerdotes. Vos a nemine iudicari potestis, quia filius Dei iudicio reservamini, dii etenim vocati eſtis, & id circa non potestis ab hominibus iudicari.* Enim vero in hoc punto Cæſarem

B

excusa-

inde n) hic occasionem attipuit, potentiae suæ limites latius extendendi, ipsorumque Imperatorum, benefactorum suorum, iura collabefactandi: quamuis summa rerum nihil minus penes Imperatores salua adhuc remanferit. o)

Quod quidem
plerique ege-
runt.

§. IV. Sicuti vero ambitio hominum nullis fesse constringi terminis patitur; ita illud corrupta iam ecclesia, præcipue in clero animaduertere licuit. Imperantes enim vbi iura

excusationem mereri, aliis persuasum est, PVFFEND. alleg. cap. XVIII. §. 12. Sed vid. illustr. DN. THOMASIVS in Obseruat. ibid. Conf. c. continua s. & c. sacerdotibus 41. C. XI. Qu. i. Item c. futurorum. 15. C. XII. Qu. i. ZIEGLER. cit. cap. 30. §. XLII.

Nimia eler-
itorum benefi-
cia hierar-
chiam pepe-
rerunt.

n) Florentissimis enim rebus conuersa fuere in amplissimas dignita-
tes ecclesiæ ministeria, factique ad hierarchiarum imperium & honorum au-
cupia gradus, postquam accensa & continuata cupiditas largo ubereque pro-
uentu ex profusionibus immodicis principum, & prædiga credulitate fuerat.
SPANHEIM de christianismo degener. Ea de causa clericos, vt ingratos,
accusat MONZAMBANO de Stat. Imp. Germ. Cap. III. §. 12. inquiens:
Enimuero, procul id genus hominum Imperii in alios audiſſimum, cetero-
rum in ſe potestatem ægerrime fuevit ferre; ita hoc unum ad perfectam fe-
licitatem deeffe videbatur, quod in imperatoris manu foret, tam luculenta
beneficia diſtribuere, cui eam ob causam peculiariter obſtricti cogebantur
vivere. Ni sanctissimi ordinis reverentia obſtaret, improbissimos mortali-
um dicerem, qui munificentia imperatorum, vt euentus ostendit, valde in-
consulta, ad deſtruendum fastigium imperatorium ſunt abuſi. Nec liber-
tate dignum putauerim, qui manum iſſorem in patroni locum colere aſperna-
tur. Conf. etiam DN. BOEHMER. obſeru. ſel. ad P. de Marca de C. 8.
& I. lib. IV. C. 2. §. 1. p. 96.

o) Huc pertinet elegans locus apud GEHARD. THEODOR. MEYER.
bifor. relat. de canon. collect. §. 2. vbi ita: Ex quo ecclesia ſub Christianis
imperatoribus hofſitari, & iam ſub Constantini imperio respirare &c. cae-
pit, nescio, qui factum, vt luxus & ſuperbia, vanitates & defectus, alii eam
infeflarint, & mirum quantum vexarint. Praui iſti mores multa de rebus
canonicis peperere decretta, & ſanctiones, quarum magna pars a synodis au-
tori-

iura sua admodum negligenter penitus fere dimiserant,
plebs autem incauta in clericorum partes facile fecesserat,
episcopi tandem se supra reges & principes extollere an-
nisi sunt p). Inter hos post longas altercationes episcopus
Romanus primatum q) demum obtinuit, & ultra fines sa-

In primis vero
episcopus Ro-
manus.

cero

toritatem canonicanam, ab IMPERATORIBVS VIM LEGVM obtinuisse
legitur.

§. IV. p) DN. BOEHMER in I. E. Diff. prælim. §. XVI. alibi pas- Episcopi Im-
sim. De temporibus Cyrilli conquerens SOCRATES lib. VII. bistor. ec- perium secu-
cles. c. 7. ait: Ex eo tempore episcopos Alexandrinos sacerdotalem gradum laris porestatia-
atque ordinem supergressos, principatum quendam obtinere, & pro imperio reculant, po-
agere cœpisse. ARCADIVM imperatorem INNOCENTIVS P. R. a sacra tius ipsimet
communione commouit, quia censemferat, ut Ioannes Chrysost. a sua cu-
fede pelleretur can. duo sunt 10. distinct 96. AMBROS. quoque Valen-
tianio Iun. satis audacter obiicere non erubuit: independenter iuris-
dictionem se tenere; imo in causis fidei episcopos solere de imperatoribus,
non imperatores de episcopis iudicare, prout ex epistol. eius ad dictum impera-
torem patet. Quæ sequoribus temporibus imperatores a pontificibus per-
pessi, omnes eius ævi historici referunt, vid. etiam infr. §. V. in not. lit. h.

q) Arcanas artes, quibus ad illam auctoritatem, & enormem po- Origo & arca-
tentiam, qua nunc pollet, episcopus Romanus peruenit, egregie dete- na primatus
gunt MORNAEVS in mysterio iniquitatis, HEIDEGGERI historia papatus, alli-
que. vid. ZIEGLER. de episcopis lib. I. cap. VI. Quæ autem iura sibi ex
hoc suprematu vniuersali vindicet, recenset DN. BOEHMER I. E. Lib. I.
tit. XXXI. §. 18. p. 720. Originem huius primatus tradit ONVPHRIVS
PANVINIUS ad Platin. sub BONIFAC. VIII. fol. 86. Processu temporis, in-
quit, & præsertim post Photium patriarcham Constantinopolitanum, utrā-
que parte conueniente, illud usurpari cœptum, ut ambo episcopi, scil. Ro-
manus & Constantinopolitanus, oecumenici, i.e. vniuersales appellarentur;
hic quidem vniuersalis patriarcha &c. ille vero UNIVERSALIS PAPA. Au-
ditumque, ut papa nomen solus Romanus pontifex, cum ante commune
esset omnibus episcopis, retineret, quo uno & papa tantum, particulari ne-
mine potestatis eius dignitas & supra ceteras ecclesias vetus prærogativa de-
signaretur.

cerdotii progressus in dominationem degenerauit r). Qui, vt eo felicius incautis imponeret, vicariatum Dei in his terris affectans, se ipsum cum Omnipotente comparare cupiit s), ne vllam in posterum autoritatem secularis potestas in eum exercere auderet, factum hinc, vt omnes magistratus, singulasque gentes iuxta leges suas viuere debere edixerit, etiam si iugum imponant, quod vix ferendum t). Ad firmandam autem hierarchiam pontificum quam maxime intererat, dignitatem clericalem u) quoouis modo promovere,

Dum priuilegia cleri ad auxit.

r) SOCRAT. cit. l. cap. IX. Conf. DN. BOEHMER. orig. iur. eccles. C. VII. ZIEGLER alleg. cap. VI.

Pontificis imperium vniuersale, & emi-
nens.

s) Vid. can. 7. § 9. distinct. 96. Add. c. 4. 5. § 10. ead. distinct. Vix credibile vero est, quanta in hoc passu fuerit pontificum Romanorum arrogantia. Non solum enim differentiam tantam inter se & reges intercedere censuerunt, quanta inter solem & lunam conspicitur iuxta C. 6. X. de maior. & obed. Sed & imperium in omnes creaturas sibi arrogare ausi fuere. Quorsum pertinet, quod BONIF. VIII. in c. r. Extraug. comm. de maior. & obed. ait: Subesse Rom. pontifici omnem creaturam humanaam declaramus, dicimus, definimus, & id omnino esse de salutis necessitate pronunciamus. Glossa autem impiissime papam DOMINVM DEVVM NOSTRVM appellare haud erubuit. Cui plura hac de re perspicere lubet, add. illustr. DN. THOMAS. dissert. de cler. foro compet. C. 1. §. 13. &c. DN. BOEHMER. sep. cit. iur. eccl. Lib. I. tit. XV. §. 13. &c. DN. LUDOV. Consistorial Procesß c. 1. §. 19. NAEVII Priester-Recht. c. 1. §. 11. M. A. de DOMINIS lib. VI. de repub. eccl. cap. III. §. 59. vbi contra SVARESIVM vicariatum pontificis defendantem egregie disputat.

Impudentia
Glossa.

t) Can. 3. § 4. Distinct. XIX.

Dogma de
transsubstan-
tiatione cleri
auxit existi-
mationem.

u) Clericorum existimatio tum præcipue maxima esse coepit, postquam doctrina de Transubstantiatione ecclesiam inuasit. Cuius inuentionem nouitiam demonstrat CASAVB. ad BARONII annales exerce. XVI. th. 28. p. m. 443. Vid. TILLOTSON. Traite contre la Transubst. & illustr. DN. THOMAS. cautel. Tom. I. c. XIX. §. 9. & 15. Tom. II. cap. XV. §. 14. Conf. Cathol. veter. consensu Art. VII. cap. 2. §. 3. Illuc quoque referenda,

tuere, tantamque clericis prærogatiuam præ laicis tribuerre, ut inde seculari potestate nihil fere in ipsos autoritatis remianeret, atque singuli laici in seruitutem quan-
dam tantum non detruderentur. Idcirco clerum, tan- Expressa in iu-
quam *sortem & hereditatem Dei* x), ab omni potestate ciuili re canonico.
exemit, solisque iudicibus ecclesiasticis, submisit y). In-
de est, (1) quod clerici ab onere tutelæ, aliisque muneribus
personalibus sint immunes z); (2) quod peculium quasi
castrense ipsis concessum a); (3) quod personæ eorum in
speciali præsidio & tutela legum constitutæ b); neque
(4) ciuitatum necessitatibus, etiamsi laicorum facultates
haud suppetant, inconsulto pontifice subuenire tenean-
tur c). Ut alia reticeam priuilegia, quæ passim in corpo-
re iuris canonici clericis indulta reperiuntur, & a cano-
nisticis

ferenda, quæ CASAL. de *sacris Christianorum ritibus* P. II. c. XXVII. p.
153. habet. Magna, inquit, est sacerdotis dignitas, potentia magna:
dignitas supra regiam, potentia supra angelicam: cum ad sacerdotis verba,
e pane & vino caro Christi & sanguis statuuntur in altari: ante enim pro-
lationem verborum Christi erat panis & vinum: vt primum consecratio
verba sacerdos protulit, non iam panis & vinum, sed corpus Christi est. Quasi
sacerdotis voluntati obsequatur Deus, & se sitat ad imperium eius.

x) Can. 1. Diſt. XXI. cap. 16. X. de præbend.

y) Vid. infra cap. II. ſ. 2. & 3.

z) Can. 40. C. xv. Q. 1. Can. 4 C. xxi. Qu. 3. Add. Nou. 123. ſ. Deo
autem. Auth. Presbyteros C. de Episc. & Cler.

a) L. sacrosanctæ 34. C. de Episc. & Cler. vid. GUDELIN. de iur. no-
uiss. lib. VI. cap. 7. ſ. aliud priuilegium.

b) Can. si quis suadente. 29. XVII. Qu. 4. vsque adeo, vt is quoque Excommuni-
excommunicationis reus iudicetur, qui percussionem clerici tantum catur, qui cle-
ratihabet. cap. 23. de sentent. excomm. in 6. GUDELIN. cit. l. rici percus-
nem ratihabet.

c) Cap. 7. de immunit. eccles.

d) Vid.

Et contrarie
consuetudi-
nes annulla-
te.

nistis admodum aucta sunt d). Ad eneruandas vero leges ciuiles pontificum in hoc puncto intentioni contrarias, expresse in decretalibus e) statutum, vt omnes inutiles habentur consuetudines, quæ aliquo pacto libertatem & immunitatem ecclesiasticam violent, id est, quæ principibus laicis potestatem quandam in res aut personas ecclesiasticas indulgent: quia cum rerum spiritualium tractandarum habeantur incapaces, ratione destituta censemur consuetudo, quæ rerum conditionem euertit: ideoque nullo tempore, etiam immemoriali, vires obtinere potest, vti docent plerique iuris canonici interpretes f).

§. V. Qualis ergo, introductio in fora & scholas iure ciuili & canonico, status in Imperio nostro fuerit, facile ex dictis colligi potest. *Magnam in primis Germanicus rebus mutationem attulit ius canonicum: quippe quod multum recessit ab antiquis ecclesiasticis legibus usque ad secul. XIII. vestatis, ac pontificis dignitatem in immensum extulit, nouum & longum iudiciorum ordinem, comperendinationum & procrastinationum uberem campum, pro simplice maiorum iuriadici processus formula obtrusit, multitudine, varietate & obscuritate legum & clero & aliis crucem fixit, supersticiosos hominum animos in rem publicam armavit, clerum ac populum perpetuo colligit, denique litibus Germaniam repleuit, & emunxit argento, vt verba CONRINGII g) mea faciam,*

d) Vid. c. 8. Distinct. XXXVII. cap. 2. X. ne Cler. vel Monach. cap. 29. de sentent. excomm. c. 8. X. de iud. c. 17. c. XI. Q. X. Conf. NICOL. de GRASSIS de effectibus clericatus.

e) Cit. cap. 8. X. de iud. cap. 14. de elect. c. 3. & 5. X. de elect. & el. por. Cap. 7. de prescription.

f) Vid. P. de MARCA alleg. tr. de concord. sacerd. & Imper. Lib. III. Cap. 9. p. m. 254.

g) V. g) de orig. iur. Germ. Cap. XXVI. inf.

h) Mi-

faciam. Quamuis vero enormis illa clericorum potentia ac prærogatiua pessimam Germaniæ peperit confusione, Imperatores tamen nequidem contra hincere ausi fuere h) : cum pontifex artibus variis maiorem sæpius, quam imperator, in imperio exerceret potestatem. Et si dicendum, quod res est, imperatores ipsi demum penitus clericos a foro seculari eximere coacti sunt, vnde tandem in *causis ecclesiasticis* vix quidpiam potestatis ciuilis dispositioni relictum fuit i).

Ab ipsis etiam
Impp. ex post
confirmata.

§. VI. Lugebat ita Germania sub hoc intolerabili iugo, quando Lutherus, aliqui reformatores, puncta fidei non solum sed & statum ecclesiasticum emendare, ac pristinæ simpli-

h) Miseram Germaniæ hisce temporibus conditionem medii æui Miser imperii historia nimium comprobat. Imperatores enim maiestatem suam contra attentata papalia tueri volentes, mox contrarias factiones & fulgur excommunicationis sentiebant. Propterea, inquit ARNISAEVS de subiect. & exempt. Cleric. Cap. VIII. §. 9. primus Henricus IV. expertus est tyrannidem pontificiam, qua ut semel viam sibi facere ausa fuit, in�ar rapidi torrentis, in successores quoescunque graffari perrexit, alios ad tempus saltus demergens, alios prorsus voragine infida absorbens. Ita enim tractati & excepti sunt Fridericus I. ab Adriano IV. & Alexandro III. Henricus V. a Paschali II. Fridericus II. a Gregorio IX. & Innocentio IV. Conradus IV. ab evdem : Ludouicus IV. a Clemente & Ioanne XXII.

i) Vid. AVTH. Statuimus C. de episc. & cler. BRVNNEM. iur. eccl. Cum clerici Lib. III. cap. I. §. 12. Add. Concordata nationis Germanicae, & SCHILTER. plane exempti in not. ibid. Interim in comitiis de tollendis huiusmodi abusibus sæpius essent deliberatum fuit. Vnde in Rec. Imp. de Anno 1500. §. wie man mit dem Pabst handeln soll. 43. legatio ad Papam decreta, mit seiner imperii Heiligkeit der concordata, und anderer Beschwerung halben, so der De quo status questi. Deutschen nation vom Stul zu Rom, mannigfaltiglich auffgeleget worden und begegnen, ernstlich zu handeln, alles nach laut einer instruction, so unser verordnet Regiment in vollkommlicher Form wohl wird wissen nothdürftiglich zu stellen.

§. VI. k)

simplicitati restituere conabantur k). Quod aliter fieri haud potuit, quin ingentibus cleri priuilegiis plurimum simul detraheretur. Autoritate enim pontificis (cuius ratio status, vt s. præc. IV. vidimus, exigebat, vt ordo clericalis præ cæteris variis abundaret beneficiis) collapsa, illius conditio quoque intra limites restringi debuit. Optandum autem quam maxime, hoc ita factum fuisse, prout illud, & sacris litteris, & primitiuae ecclesiae institutionis conueniebat. Ast quod, in quaunque repentina mutatione contingere solet, & hic euensis dolendum: scil. principia enormium abusuum hinc inde tantum sublata fuisse, pluribus inde propullulantibus conclusionibus reficitis l). Huius rei non minima fuit causa, quod ius canonicum etiam apud Euangelicos in viridi remanserit obseruantia m), ex quo deinde plurimi pontifici-

Attamen plura adhuc sus-
pensunt.

Per Aug. Conf. lib. I. §. 130. & 134.
principes ius
episcopale
sumimum ac-
ceperant.

Quid iuris
apud Refor-
matos.

g. VI. k) Ab initio reformationis tam formidanda episcoporum, totiusque cleri erat potentia, vt principes veteri persuasione nibil audent, sed euentum specularentur, vt ait SECKENDORF. Histor. Lutheran. le potestat ciuili subiectum fuit. Vid. Aug. Conf. Art. XXVIII. Reformatæ quoque ecclesiæ vno ore inculcant, iura ministrorum Dei vnicæ in administratione verbi diuinii, & sacramentorum, vt & potestate clau- um; non vero in dignitate eminenti, & potestate seculari confistere. Vid. expositio fidei Christi communis consensu fidelium in Helvetia, Hungaria, Scotia & Geneva edit. cap. XVII. & XVIII. Conf. Helvet. §. XV. & seq. Galli- can. §. XXX. &c. Add. Acta Synod. Dordrac. §. XXII. & XXX. XXXI.

l) Illustr. DN. THOMAS. cautel. iurispr. eccles. cap. XXII. §. 15. B. I. S. STRYK. dissert. de orig. iurisd. eccl. C. II. §. 1. Conf. DN. BOEHMER. diff. prælim. SCHILT. Institut. iur. Canon. præmiss. §. II. 12. vbi pro more eruditæ ostendit, qua ratione, pugnantibus inter se principiis reli- gionis euangelicæ, & conclusionibus ex iure canon. prouenientibus, pro edendum sit.

m) Illustr. DN. THOMAS. alleg. cap. XXII. per tot. Vid. BRVNNEM. I. E. lib. I. c. III. §. 4. ibique B. STRYK. in Addition.

n) Non

tificorum nāniæ in foris relicta fuerunt n). Ad nāuos Exempla re-
illos interalia pertinet, quod causas ecclesiasticas separatim feruatur.
tractare continuatum fuerit o): quod principi ius circa
sacra tanquam *episcopo* tribuatur, cum illud *ex indole summae*
poteſtatis potius desumendum sit p): quod clerici in exer-
citio officii sui *independentes* haberi desiderent, princeps
ipse quoque consistorio obnoxius *effe dicatur* q). &c. Mi-
randum certe est, tot ex Protestantibus adhuc repertos
fu-

n) Non defuerunt, qui ideo ius canonicum in totum abolendum An ius cano-
censuerē. Vid. TITII Probe des Teutschen geiſſlichen Rechts. nicum abo-
lendum?
l. 1. c. 11. §. 63. & seq. DN. LVDOV. Consistorial-Proceſſ cap. VII §. 19.
quorum collineat LVTHERI iudicium de libris iuris canonici in genere Lutheri iudi-
laturum: *Quod si, inquit, in illis etiam aliquid boni inesse, quod de decretis ciuii.*
fateri cogor, totum tamen eo detortum est, vt noceat, & Papam in sua anti-
christiana & impia tyrannide confirmet. Tom. II. Opp. Ien. lat. fol. 334.
Add. ZIEGLER. Diff. de orig. & increm. iur. Canon. §. LXVI. in f.

o) Ex erroneo illo fundamento, quasi duplex esset iurisdictio, An duplex sit
secularis & ecclesiastica. Vid. s̄p. laudat. DN. BOEHMER. l. E. lib. 1. tit. iurisdictio?
XXVIII. §. 11. & mult. seqq. DN. LVDOV. alleg. l. Cap. 2. §. 3. 4. B. 1. 5.
STRYK. cit. diff. cap. II. §. 2. Add. infra cap. II. §. 9. & seq.

p) Communis alias fuit opinio, principes euangelicos duplēcē An in prin-
fuslinere personam, principis & episcopi, vid. REINKING. de regim. se- cipe?
cul. & eccl. lib. III. class. 1. c. 10. num. 1. &c. CARPZ. Iurispr. Consistor.
lib. 1. def. XI. num. 14. 15. eamque in ipsa pace relig. in Rec. Imp. 1555.
§. Damit auch fundatam existimarunt. Enim uero, cum principes
euangelici ex doctrina religionis suæ iurisdictionem ecclesiasticam sibi
vindicauerint, illaque, vt pars superioritatis territorialis excellentior,
ipsis in Instr. Pac. Wesp. Art. V. §. 16. confirmata sit, verius ad illos ex
iure maiestatico pertinet. Vid. LVDOLPH HUGO de stat. Region. Germ.
cap. 3. §. 28. DN. BOEHMER. iur. eccl. l. 1. tit. 31. §. 19. usque ad fin. tit.
vbi hæc controuersia solidissimis argumentis plenius excutitur. Add.
Illust. AVTOR Meditat. ad Instr. Pac. Art. V. §. 29. p. 709. 710.

q) Hanc sententiam fouet MYLER. ab EHRENBACH. in Gamolog.

fuisse r), qui, nescio an ex nimia cleri veneratione; an ex præjudicio autoritatis tantam clericis asseruerint immunitatem. Cur enim laici in inferiorem ordinem reiiciendi? sumus etenim omnes tam clerici, quam laici vnius reipublicæ membra, nec constituit clerus amplius specialem potestiam, vt *Leuitarum iura* sibi adhuc adscribere queat s). Longissime tamen hic a me absit, vt dignitati aut specialibus priuilegiis, ordini clericali a summa in republica potestate concessis t), quid detrahant, quandoquidem solum demonstrare volui, clerum a potestate ciuii dependere, nec eius priuilegia *iuris diuini* esse, adeoque quæ iura & priuilegia illis a principibus concessa, pro lubitu iterum aut ampliari, aut restringi posse, quippe a quibus illa accepunt u). Alias enim verbi diuini ministros, munus suum fideliter exsequentes, reuera dignissimos censeo, qui a quocunque omni debita reuerentia excipientur, præmisque afficiantur. Id quod inter nostrates sæpe etiam optantum, desiderandumque est v).

§. VII.

cap. VIII. §. 8. ideo merito reprehensus a B. I. S. STRYK. cit. *Dissert. C. II. §. 5. 6.*

r) Latum eorum catalogum exhibit DN. BOEHMER. alleg. l. §. 19.

s) Conf. JOSEPH van der CRAFT. *Het lieftaalige Aangezigt. der Bischoppen ofte Geestelyken cap. IV.* vbi demonstrat, distinctionem inter clericos & laicos apud protestantes reuera reliquias ex papatu esse.

t) Quibus coeterum priuilegiis ac immunitatibus clerici apud protestantes plerosque fruantur, exponit NAEVIVS *Priester-Recht cap. VII.*

u) Hoc egregie ostendit peculiaritatem *CELSVS ANTISTITIUS CONSTANS de iure ecclesiastico*, quo negat, immunitates & prærogatiwas clericis iure diuino esse concessas. Ipsum autorem quidam VELTHVSE-NIVM esse contendunt. Quem tamen alii BENED. SPINOZAM fuisse autumant. Vid. GRONINGI *Historie der heutigen Religionen. cap. VIII. §. 20.*

v) Conf. ill. DN. THOMAS. *diss. de officio principis in augend. salar & honor. ministror. ecclie.*

§. VII.

§. VII. Actum hactenus de prærogatiis & priuilegiis clericorum in genere, illorumque origo ac viciſſitudines consideratæ: propius nunc ad thema propositum accedendum. Postquam enim clericis tam insignes prærogatiæ in quibuscumque causis & iuribus attributæ sunt, illis quoque, qui ære alieno obstricti sunt, variaſ immunitates concessas esse contenderunt. Quocirca animum induxi, ea in præſenti diſſertatione inaugurali ſpeciatim exponendi priuilegia, quæ ordini clericali w) con- cessa, fi aliquem *ex cauſa licita & ciuili obæratum* esse contigerit. Id quod vt eo diſtinctius fiat, hac methodo uten- dum exiſtaui, vt 1) *de foro clericorum debitorum ſpeciali:* Conspectus thematis. 2) *de aliis iuribus clericis debitoribus competentibus, non habita ratione, vtrum ſoluendo ſint nec ne:* ſpeciatim autem 3) *de clericis obæratis, non ſoluendo existentibus, dispiciam: simul que ostendam, quibus clericis haec priuilegia competant.*

Caput II.

De foro Clericorum debitorum ſpeciali.

§. I.

Forum ſpeciale ſive priuilegiatum, iure ſingulari intro- duclum, certæ profefſioni, vel vite generi indulum eſt x), & in duas partes diſpesci potest. Vel enim ex ſpeciali principis gratia ob benemerita, aliamque ob causam peculiarem conceditur, & uar' εξοχὴn priuilegiatum dicitur y): vel in iure communi iam quibusdam personis con-

§. VII. w) i. e. eiusmodi personis, quæ ad ſacra ministeria, ſeu Clericorum functiones ecclieſiaſticas obeundas legitime ſunt conſtitutæ. Vid. c. i. definitio. Difſinct. XXI.

Cap. II. §. I. x) Vid. STRAVCH. diſſert. de competentia fori.

y) Quorū pertinet b. l. s. STRYKII diſſert. de foris Germanie singularibus.

C 2

z) Eiusd.

Quibus fori
priuilegium
competat?

Origo fori
priuilegiati.

Origo iuris-
dictionis ec-
clesiasticae.

concessum est, quod in oppositione ad prius, *forum priuilegium in corpore iuris clausum, appellandum esset z).* Hoc in specie tribuitur (1) professoribus & studiosis a); (2) militibus b); (3) senatoribus, clarissimis, illustribus c); ac (4) demum *clericis*.

§. II. Clericorum forum *speciale* deriuandum a *iudiciis ecclesiasticis*, & inde nata *audientia episcopali d)*. Quamvis enim hæc speciem iurisdictionis ab initio vix constuerit, sed magis ex *arbitrio*, atque *compromisso* disceptantium processerit e); paulatim tamen f), in primis postquam iudicia synodalia, temporibus Imperatorum Christianorum publicam autoritatem accepissent, æqualem, si non maiorem, cum iurisdictione seculari vim ac potestatem

z) *Eiusd. dissert. de foro ministror. principis cap. 1. §. 5.*

a) *Autb. habita. C. ne fil. pro patre.*

b) *I. 6. C. de iurisd.*

c) *tot. tit. C. vbi senator. Add. alleg. dissert. de foro ministr. C. 1.*

¶. 16. STRVV. Syntagma Iur. Ciui. Exerc. IX. th. 59.

§. II. d) *Vid. AVGUSTIN. lib. III. ad BONIFAC. C. 5. & sermon. 49. de diuersis. 335. ESPEN. iur. eccles. Part. III. tit. 1. cap. III. §. 3. & seq. & §. u. Conf. tot. tit. C. de Episcop. aud. & supra cap. I. §. 3. in not. lit. k.)* Et vtut hæc audientia postmodum fere in vsu esse desierit, quoad clericorum causas tamen continuo remansit, DN. BOEHMER. orig. iur. eccl. cap. XX. §. 6. Add. IDEM *Dissert. III ad Plin. II.*

e) *Illustr. DN. THOMAS. Diff. de foro compet. cler. C. II. §. 8.*

f) *Prævalente episcoporum autoritate in iudiciis ecclesiasticis illorum facies immutata fuit, adeo, vt, accedente abusu iuris clavium, officium episcopale *magistratus ecclesiasticus* dici cœperit, vt non obscure colligitur ex ORIGENE lib. II. contr. Cels. inf. vbi asserit, quod recepti post factam exomologesin excludantur in posterum ab omnibus dignitatibus & magistratis ecclesiasticis.* DN. THOMAS. *Cautel. Iurisprud. eccles. c. XII. §. 7. & in not. ibid. & cap. XIII. §. 2.* DN. BOEHMER. *Dissert. III. ad Plin. II. §. 65. usque ad fin. fere dissert. B. 1. s. STRYK. Dissert. de orig. iurisd. eccl. c. I. §. 10. 11. 12.*

g) DN.

tem etiam in causis *civilibus* obtinuit g). Quippe CONSTANTINVS eiusque filius CONSTANTIVS h), permiserant, a quo quam posse adiri episcopos loco iudicium secularium, eorumdemque sententiis dederunt *vim rei iudicatae*. Speciatim autem patres in concilio Carthaginensi a. 397. aliisque i) sanxerunt, clericum, qui, episcopo, etiam in *causis civilibus*, reliquo, iudicem seculariem adiret, etiamsi causa vinceret, aut loco suo excidere, aut eo, quod in iudicio illo fuerat adeptus. Ast quia subsequentes Imperatores præter causas religionis clericis forum separatum vix concederent, facultate solum partibus reliqua, episcopi, si vellet, arbitrium expetendi k), ingens de *episcopali iudicio* cœpit esse contentio. Inde IVSTINIANVS, cui indecorum videbatur, vt iudi-

g) DN. LVDOVICI Confessorial Procesſ. c. I. §. 16.

h) De Constantino M. sozomenus lib. I. Histor. c. 9. ita: Permisit Constitutio Constantinus litigantibus, vt ad episcoporum iudicium prouocarent, similes Constanti stratus ciuites reiicere vellent: eorum autem sententia rata esset, alii M. & orunque iudicium sententiis præualereret, perinde ac si ab ipso Imperatore Constanti. data fuisset; vtque res ab episcopis iudicatas rectores prouinciarum, eorumque officiales executioni mandarent. Postremo, vt conciliorum decreta firma & inconcussa essent. Constitutio Constantii exstat in l. 12. C. Theod. de Episc. Circumfertur etiam constitutio Constantini, qua cuius permisum, item, etiamsi modo coram iudice seculari pendentem, vt & altera parte obliudante, ad episcopum deferre. Edidit eam SIRMOND. in append. Cod. Theod. L. I. Sed IACOBVS GOTHOFR. tum ex collatione cum aliis constitutionibus, tum ex variis dicendi formulis eam vt spuriam reiecit. Vid. ZIEGLER. de episc. lib. III. c. 30. §. XL. Conf. THOMASSIN. de vet. & nou. eccl. discipl. part. II. C. 102. n. 2. &c.

i) THOMASSIN. alleg. l. ZIEGLER. c. C. 30. §. 52. Vid. c. placuit. C. XI. Qu. 1. qui canon tamen additamentum recepit, quod sine dubio a glossatore aliquo ad marginem adscriptum fuit. Add. C. 12. X. de for. compet. & GONZALEZ. in not. ibid.

k) ZIEGLER. alleg. l. §. 46. & seq. Vbi circa hanc materiam latæ ab imperatoribus leges distincte recensentur, immixtis suo loco conciliorum decretis.

judices seculares in monasteriis tribunalia erigerent, in gratiam monachorum & sanctimonialium A. 539. constituit l), ut quævis monachorum causæ non iudicis secularis, sed episcopi decisioni relinquantur. Hanc constitutionem inox alia m) exceptit, quæ forum priuilegium ad *omnes clericos* extendit: constituta tamen differentia inter causas pecuniarias & criminales n). Variam deinceps fortunam causa hæc habuit o), donec FRIDERICVS I. sanxerit, ne quis personam ecclesiasticam in ciuili questione ad iudicium seculare trahere præsumeret p). Quoniam vero reformatione exorta episcoporum in exercenda iurisdictione potestas plurimum labefactata, atque forum clericorum varias expertum fuerit mutationes, inde diuersa hodie est praxis Catholicorum, & Protestantium.

Per reformatiōnē im-
mutatur.

Forum cleri-
corum catho-
licorum in
prima instan-
tia.

i) Apud epi-
scopos.

§. III. Apud *Catholicos* clerici in vniuersum subiacent *episcopis*, in quorum diœcesi existunt q): ita vt lites ex causa ciuili ad metropolitanos non nisi per viam *appellationis*, aut in casu *protractæ* siue *denegatæ* iustitiae deferre possint r). Exercent hanc iurisdictionem episcopi vel perse,

vel,

l) *Nouell. LXXIX.*

m) *Nouell. LXXXIII. Conf. l. 29. C. de Episc. aud. Nouell. CXXXIII. c. 10. CORVIN. Iustin. catbol. tit. LII.*

n) *Alleg. Nouell. LXXXIII. ZIEGLER. c. l. §. 72. &c. Quid in criminalibus causis circa forum priuilegium obseruetur, peculiari dis fert. exposuit HILLIGER. dissert. de foro clericorum delinquentis.*

o) *Vid. THOMASSIN. cit. part. II. lib. III. cap. 103--114.*

p) *Auth. statuimus, C. de SS. Eccles.*

§. III. q) *C. l. 4. 13. X. de for. compet. c. l. X. de officio iud. ord. c. 15. 38. & 45. C. XI. q. 1. Quo ipso tamen non destructa distinctio inter forum domicilii contractus &c. quæ in foro ecclesiastico, & que ac in foro ciuili, viget. Vid. c. 3. & f. X. de for. compet. ENGEL. Coll. iur. can. lib. II. tit. II. P. 1. §. 1--5. & lib. I. tit. XXXIII. §. 4. inf.*

r) *C. pastoralis II. X. de offic. ordin. c. 7. de sent. excom. in 6. ENGEL. alleg. tit. XXXIII. §. 31.*

s) *COR-*

vel, quod hodie frequentius, per suos *vicarios*, seu *officiales* s). Sed & aliquando præter episcopum alii inferiores ordinis prælati de causis clericorum debitorum in-

²⁾ Apud interiores præla-

tos.
prima instantia cognoscere possunt: vel virtute priuilegii papalis, vel consuetudinis aut præscriptionis immemorialis. Ita *archidiaconi* t), item *abbates* u) quandam exercere iurisdictionem dicuntur, quam ab initio quidem ex delegatione ab episcopis facta obtinuerunt, sed ex postfacto tanquam *ordinariam* sibi vindicare præsumplerunt x).

§. IV. Præterea clerici etiam forum competens habent in *prima instantia* apud *pontificem*, seu curiam Romanam. Nam circa seculum nonum, publicatis per PSEVDO ISIDORVM spuriis ac famosis epistolis decretalibus primorum pontificum y), in frequentem vsum deductæ sunt appell-

s) CORVIN. *iur. canon. lib. I. tit. XVIII. §. 3. DN. LUDOVICI Confessio-
rial Proces* c.i. §. 21. Vid. DN. BOEHMER *I. E. l. i. t. 28. §. 2. BARBOS.*
collectan. ad c.i. X. de off. vicar. DESSEL. erotem. iur. can. l. i. tit. 28. Ut Vicarii & of-
ficialis, an idem officium?
vt vero vicarii & officialis nomina sapissime promiscue sumantur; ea
tamen probe de moribus distinguenda esse, censet ESPEN. *iur. eccl. P.*
i. tit. XII. C. V. §. 1. & seq. ex hac scil. ratione, quod vicarii plerumque
iurisdictionem voluntariam exerceant, & negotia iudiciaia officialis
examini relinquere teneantur. Conf. ENGEL. alleg. I. I. tit. XXXIII. §. 3.

t) *C. 7. X. de uss. Archid. ibique PITHOEVS in not. CORVIN. cit.
lib. I. tit. XIX. §. 13.*

u) GVDELIN. *de iure nouiss. lib. VI. c. X. §. reliqua. vid. c. si diligenter
X. de for. compet. ENGEL. tr. de priuileg. & iurib. monast. priuileg. XLVIII.* Abbates Gal-
De modo iudicandi abbatum in conuentibus Gallicanis testatur P. de licani iudi-
ciant. MARCA ae concord. sacerd. & Imp. lib. VI. c. XXV. n. 4. & 5.

x) ESPEN. *alleg. tom. I. P. III. tit. V. n. 16. 47. 18. Add. IDEM part. I. tit. Abbates &c.
XII. c. i. tit. XVIII. c. 2.* Sub medium sec. XII. iam inter iudices ecclesi-
asticos ordinarios relatios fuisse archidiaconos, abbates, aliasque ecclesia-
rum prælatos, probatur ex synodo Remensi, sub EVGEN. III. ann. 1148.
habita, e qua id refert ANT. AVGUSTIN. *tit. de iudic. c. II.*

§. IV. y) Fragmenta illorum relata c. II. Qu. VI.

z) Vid.



appellations ad Papam, & hac occasione causarum in prima instantia cognitionem curia Romana saepius quoque sibi arrogauit z). De quo seculo XII. patres grauissimas deposuisse querebas legimus a). Inde LEO pontifex in concil. Lateran. 1515. celebrato, remedium confusione iurisdictionum adferre studuit b), quod in Concilio Tridentino c) ulterius declaratum fuit. Et haec est ratio, cur Papa iudex totius orbis Christiani, & ordinarius ordinariorum a Doctoribus appellari, eique concurrens cum quolibet inferiori ordinario iurisdictio attribui solet d). §. V.

z) Vid. c. 17. & 21. C. IX. Q. III. Add. C. 7. X. de appellat.

Causarum ad sedem Romanam dela-tio taxatur.

a) Querelas Bernhardi, & Hildeberti Turonenis hac de re exhibet ESPEN. cit. tit. IX. n. 9. Ast hos & alios quam plures nunquam summæ sedis Romanæ iuri & potestati obliquantum sibi existimasse, solum abusum concerpisse, obseruat THOMASSIN. P. I. l. 1. c. 6. vbi §. 14. inquit: *Non licite pontifex citra utilitatem & necessitatem ecclesiæ, omnem ad se episcoporum iurisdictionem transferret. Sed quando necessitati obsecutus & utilitati, excellentiorum quorundam ex suis membris partes explere ad-gressus est, nemo illi unquam de potestate controversiam fecit.*

b) Vid. GONZAL. ad cap. 1. X. de off. Leg. n. 3. Hocce concilium commentario illustravit CHOKIER. tom. II. p. 1. de iurisdictione ordinari, in exemptos.

Concil. Tri-dentini dis-positio.

Papa iudex vniuersalis.

c) Verba eius session. XXIV. de reformat. cap. 20. haec sunt: *Cause omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, -- in prima instantia coram ordinariis locorum duntaxat cognoscantur, -- atque terminentur. -- Ab his excipiuntur causa, que iuxta canonicas sanctiones apud sedem apostolicam sunt tractanda; vel quas ex urgenti, rationabilique causa iudicauerit summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ sanctitatis suæ, manu propria subscribendum, committere aut auocare.*

d) ENGEL. coll. iur. can. lib. 1. tit. XXXIII. §. 1. n. 3. & lib. V. tit. XXIII. §. 4. n. 34. CORVIN. iur. can. lib. I. tit. III. n. 6. Hinc est, quod INNOCENTIVS III. PELAGIO, episcopo Albanensi, lib. XIV. Epist. 104. seq. scribat: *Dominum IESVM CHRISTVM sedem apostolicam instituisse to-tius*

§. V. Ne vero nimium litigantibus afferretur incom- 4) Apud dele-
modum, si e locis remotissimis, s̄epissime ex malitia acto- gatos pontifi-
rum, Romam euocati, ibidem comparere, ac causas suas age- cias.
re tenerentur; a seculo inde XII. & XIII. iudices delegati in par-
tibus, vti loquuntur, a pontificibus dari consueverunt, qui
in eis locis, vbi contiouersia copta, & probationes haberi pos-
sunt, vice pontificis lites componere debent e). Quamuis ne-
que hoc remedio omnes statim inconuenientiae sublatæ fue-
rint f). Distinguuntur adhuc ab his delegatis suo modo le- 5) Apud lega-
gati g), quos communiter triplicis esse generis notant h); tos.
coram quibus, siquidem cum iurisdictione missi sint, clerici
olim

rius Christianitatis caput & magistrum, a qua panis intellectus & vita ad
alias procedat ecclesias. Pontificem Romanum portare onera grauia cum
plenitudine potestatis. Vid. P. de MARCA de C. S. & I. lib. V. c. XLVII.
§. 5. Ethanc papæ potestatem quoque describit GDELIN. alleg. lib.
VI. cap. II. §. 4. quando inquit: Cum Romanus pontifex reuera sit caput
& princeps ecclesiæ uniuersalis, consentaneum est, vt, quæcunque potest prin-
ceps profanus in republica profana, eorundem omnium potestatem in ecclæ-
sia rebusque ecclesiasticis penes illum iure esse, fateamur. Conf. M. A. de
DOMINIS de republ. eccles. lib. II. c. V. §. 28. & seq. & lib. IV. c. VII. &
CHOKIER alleg. tr. P. 1. qu. XI. num. 7. vbi omnem ordinariorum potesta-
tem ab autoritate summi pontificis dependere tradit.

§. V. e) DN. BOEHMER. I. E. lib. 1. tit. XXX. §. 1. & seq. ESPEN. part.

III. tit. V. c. 2. §. 4.

f) Eueniebat enim quandoque, vt ad remotos iudices partes euo- Partes extra
carentur. Cui abusui INNOCENTIVS III. in C. 28. X. de rescript. hanc at-
tulit medelam, vt nemo ultra duas dietas extra suam diœcesin ad iudicium
trahi possit. Conf. GONZALEZ. ad cit. c. 28. IMO BONIFACIVS VIII. in
C. statutum de rescript. in 6. euocandi licentiam ad unam dietam restrinxit.
Quid in Gallia & Belgio in casu factæ extra diœcesin euocationis moris
fit, pluribus exponit ESPEN. alleg. tit. V. c. 3.

diœcesia euo-
cantur.

g) Vid. CORVIN. L. 1. tit. XXX. n. 3.

h) Fundata est hæc diuisio in C. 1. de off. Leg. in 6.

olim in prima quoque instantia, *per simplicem querimoniam*, conueniri poterant i), quandoquidem ordinariam & concurrentem iurisdictionem exercabant k). Quoniam vero omnem sibi hoc modo potestatem erectum iri quererentur episcopi, pontifices curare coeperunt, ne ordinariorum iurisdictioni amplius a legatis detraheretur l): donec in concilio Tridentino eorum potestas magnopere restricta fuerit m). Adeo ut hodie de clericorum causis ciuilibus cognoscere nequeant, nisi ad illas examinandas & definiendas se speciatim delegatos esse ostendere possint.

Forum exem-
torum.

§. VI. Arque haec obtinent, nisi rei conuenti a iurisdictione ordinariorum *exempti fuerint* n). Inualuit nimirus mos, vt summus pontifex collegia quædam o); imo & alios quando-

i) C. I. X. de offic. leg.

k) Per C. 2. de off. leg. in 6. ibi: ordinarios reputantes. ESPEN. alleg.

l. P. 1. tit. XXI. c. II. §. 18.

l) ESPEN. alleg. P. 1. tit. XXI. c. III. §. 2.

m) Session. XXIV. C. 20. de reformat. ENGEL. Coll. iur. canon. tit. de legat. n. 10. ii.

Scriptores de
exemptionibus.

§. VI. n) De materia exemptionum integri a pluribus editi tractatus, vt a IO. LOMEDE in tr. de exemptionibus ecclesiasticis: ERASMO a CHOKIER in tr. de iurisdictione ordinarii in exemptos, quem tertio tomo auxit I. P. VERHORST ICtus Colon. Nouissime Parisiis prodiit Traite des droits des Euegues par Mr. BIESSON. vid. Jurnal des Scavans, Juillet 1715, p. 38. &c. Huc quoque spectant REN. CHOPPIN. Monast. & que BARONIVS Tom. 8. Annal. eccl. ad a. 676. habet. Add. ESPEN. I. E. tom. II. in repagulo canonico aduersus nimiam exemptionum a iurisdictione episcopali extensionem; & tom. I. P. III. tit. XII. P. DE MARCA de conc. sacerd. & Imp. lib. III. c. 16. ibique BALVIZIVS in addition.

Quando ex-
emtiones in-
valuerint?

o) Ante secula XI. & XII. distinctio inter collegia exempta & nonexempta vix audita fuit. ESPEN. cit. P. III. tom. I. T. XII. C. IV. §. 21. Privilicia enim monachis antea indulta non fuere exemptiones. IDEM cit. tit. XII. c. III. §. fin. & seq. cit. 4. §. 1. Demum sec. XIII. plura monaste-

ria

quandoque priuatos p) episcoporum potestati substraxerit, si-
bique immediate subiecerit. Inde est, quod exempti regu-
lariter in prima, aut secunda instantia coram pontifice, eius-
que delegatis in partibus solum conueniri possint q). No-
tanter vero dixi, *in prima aut secunda instantia*, cum in prima
instantia clerici exempti regulares, & nonnulli seculares, v.c.ca-
nonici, prælatorum & capituli respectue iurisdictioni sub-
sint r), integra autem monasteria & capitula, si debitores
existant, absque dubio, coram solo pontifice, eiusque dele-
gatis forum sortiantur. Interim tamen in fauorem ordina-
riæ

ria, capitula, atque uniuersitates eximi contigit. IDEM cit. cap. IV. §. 41.
51. & seqq. De Louaniensi Academia in specie testatur CHOKIER. de iu-
risd. ordin. in exempt. tom. I. P. 1. qu. 27. p. 76.

p) Vid. ESPEN. C. IV. §. fin. & Concil. Trident. session. XXIV. c. XI.
de reformat.

q) Quippe pontifex est dioecesanus & superior exemptorum. CHO-
KIER. cit. tom. I. P. 1. q. 5. n. 8. Attamen in Gallia, Hispania, vt & Belgio nus exempto-
neminem exemptorum, quoad primam instantiam, Romam euocari pos-
se, ex CHOPPING adfert CHOKIER tom. II. P. 1. §. 13. n. 5. & 6. Cur lega-
tis iurisdictione in exemptos competit, vid. IDEM cit. t. I. P. 2. qu. 2. n. 7. seq.
& P. IV. qu. XXVI. n. 2. vbi legatis a latere dicta iurisdictione asseritur.

r) De iurisdictione prælatorum in monasteriis agit ENGEL. tr. de
priuil. & iur. monaster. priuil. 48. CHOKIER. tom. II. P. II. qu. 110. pag. 283.
Neque hanc impedit dispositio concil. Trident. session. VII. c. 14. scil.
quod non reuocat iurisdictionem aliorum ordinariorum, licet episcopis
inferiorum, quales sunt prælati exempti. vid. supra §. 3. lit. x) & CHOKIER
tom. I. P. 4. qu. 67. n. 3. 4. & tom. II. P. 1. §. 2. n. 14. p. 27. In seculari-
bus res haud adeo expedita, cum aliqui Dd. requirant, vt capitulum, iu-
risdictionem affectans, specialem titulum aut præscriptionem producere
valeat, vid. ESPEN. tom. I. P. 1. tit. XI. §. 7. alii e contra capitulo, imo de-
canis iurisdictionem ordinariam simpliciter concedant. CHOKIER tom. I.
P. 1. qu. 47. Vid. tamen IDEM P. 5. qu. 71. & tom. II. P. 2. qu. 64. 66.

D 2

s) Ex-

Regulares in
causis ciibili-
bus subiacent
prælati.

Quid in secu-
laribus?

riæ iurisdictionis receptum, ut episcopus, (ratione distinctionis inter exemptos, qui sunt *in diœcesi*, & qui *nullius* sunt *diœceseos*, habita) s), aduersus exemptos in pluribus casibus, partim ex ordinaria, partim ex delegata potestate t), procedere, eorumque iudex competens esse possit. Ceterum qualis *conservatorum*, in cognoscendis exemptorum causis ciuilibus passiuis, fuerit potestas, lubens prætermitto, quoniam illa, vt & integra exemptionum materia in *concilio Tridentino*, ad instantiam ordinariorum, valde imminuta & circumscripta fuit u).

§. VII.

Quid sit, nullius diœceseos? &c.

Contra hentes
in loco exem-
to coram ordi-
narii compa-
tere debent.

De conserva-
toribus exem-
torum.

s) Explicat hanc distinctionem FAGNAN. ad c. 19. X. de off. iud. ord. num. 10. hoc modo: *Itaque status nullius diœceseos liberat non modo a subiectione, sed etiam a situatione & denominatione, exemptio vero tantum a subiectione.* & ENGEL. Coll. iur. can. lib. V. tit. XXXIII. §. 4. n. 23.

t) Ita enim in exemptione locali clericis exemptis ratione contractus ini, vel rei sitæ in loco non exento coram ordinario conueniri queunt; C. 1. de priuile. in 6. quod innovatum a synodo Trident. sess. VII. c. 14. de reform. Add. ESPEN. cit. p. 1. tit. XII. c. V. §. 45. Quando vero episcopi ex ordinaria, & quando ex delegata potestate agant, distincte tradit ENGEL. cit. l. n. 31. & alleg. ESPEN. tom. II. I. E. in repagul. canon. P. II. c. 1. sq. CHOKIER tom. II. P. II. qu. 45. n. 6.

u) Vid. P. SARPIVS *Hijstor. concil. Trident. lib. II. p. 370. 371. Iour-*
nal des Scauans, Iuillet. 1715 pag. 35. Quibus autem finibus conservato-
rum iurisdictio & exemptiones per hanc synodus conclusæ, patet ex di-
uersis eius locis, vti ex session. VI. c. 3. & 4. de reformata. session. VII. c. 5.
6. 7. & 14. session. XIV. proœm. & c. 4. 5. session. XXI. c. 8. session. XXIV.
c. 11. & 20. session. XXV. de regular. c. 8. & 13. ead. session. de reform. c. 6. 8.
Add. Excell. DN. BOEHMER. I. E. tit. de off. iud. del. §. IX. Ita vt ea,
quæ olim circa conservatores obtinuerent, in quibusdam monasteriis adhuc
notare liceat. vid. CHOKIER. tom. II. P. II. qu. 54 n. 11. & qu. 56. n. 12. qu.
104. n. 2. Alibi tamen exoluere, quod de Belgio testatur ESPEN. alleg.
tit. XII. cap. vlt. §. 18. *In Belgio iam pridem per edictum Caroli V.*
sublata fuere omnes fere conservatoria, neque hodie ullus est in Belgio con-
serua-

§. VII. Si vero ex causis debiti *episcopus* conuenientius, coram metropolitano actio moueri debet x), qui vel porum Forum episcoporum, solus, vel pro grauitate causarum in concilio prouinciali de eisdem cognoscit y). Et si hic actione pulsandus, lis ad primatem deuoluitur z); nisi pontifex causas aduersus episcopos aut archiepiscopos intentatas suæ decisioni relinquit vel a). Denique quoniam plerosque archiepiscopos, nec non

Servuator, excepto Vniuersitatis Louaniensis conseruatore, quare in Belgio exempti in ciuilibus coram ordinariis conuenienti sunt.

§. VII. x) Arg. c. 6. C. 10. qu. 3. cap. XI. X. de off. ord. e. V. cod. in 6. Vbi episcopi cap. 54. X. de appellat. De prælatis imperii immediatis ex causa debiti in Imperio conuentis, aliud dicendum videtur. vid. VFFENBACH. de consil. Cas. aul. conueniantur? c. V. sect. 2. p. 14. In prima enim instantia foro Austregarum æque ut seculares fruuntur. ord. Camer. 1495. tit. Wie Churfürsten. & tit. Wie Prälaten. O. C. 1555. part. 2. §. 2. 3. 4. 5. A quibus ad cameram prouocatur. O. C. 1555. d. p. 2. §. 28. Add. GAIL. lib. I. obs. 30. & DN. COCCEI. diss. de Austregis.

y) c. 46. C. XI. qu. 1. c. 1. C. VI. qu. 1. Vid. ESPEN. cit. p. 1. tit. XX. c. 2. & ZIEGL. de Episcop. cap. XI. §. 26. sq.

z) C. 23. X. de priuile. & excess. CORVIN. cit. l. §. 21. Quia vero Archiepiscoplerique patriarchatus Græci, de quibus alleg. cap. specifico loquitur, porum forum, exspirarunt, hodiernorum primatum & patriarcharum iura ex speciabilibus priuilegiis & confuetudine locorum petenda. ENGEL. cit. l. tit. de maior. & obed. §. IV. n. 24. Sed & in concilio prouinciali causæ metropolitanorum terminari possunt, yti ex FAGNANO probat ESPEN. cit. c. 2. §. 3.

a) In causis criminalibus grauioribus episcoporum &c. illud necessario fieri debere, statuit concil. Trident. session. XXIV. c. 5. de reformat. & session. XIII. c. 8. de reformat. Nullatenus vero hoc dicendum porum necessitate causis ciuilibus, scil. quæ regulariter decisionem archiepiscoporum, tanquam ordinariorum, exspectant. Quamuis enim concilii Tridentini dispositionem a congregatione Cardinalium ad omnes causas ciuiles extensam fuisse, referat BARBOSA iur. eccl. l. 1. c. 7. Attamen i) eiusmo-

An pontifex causas episcoparum decidere debeat?

non episcopos *exemptionis* priuilegio donatos b) cernere licet, actorem ius suum contra hosce coram pontifice immediate persequi oportet c). Attamen alicubi quoque occurrit, ut episcopi in causis debiti in foro seculari conueniantur, prout illud, allata praxi Belgii, comprobat ESPEN d).

Forum clericorum debitorum in secunda instantia:

i) Apud metropolitanos.

§. VIII. Eodem priuilegio (scil. fori priuilegiati) quoque gaudent clerici debitores in *secunda instantia*. Quod si enim sententia contra clericum debitorem lata, huic ab illa ad superiorē appellare licet, modo appellatio ex alia causa non denegetur e). Et siquidem lis ab officiali decisa, non ad episcopum, qui idem cum vicario tribunal exercere censetur f); sed ad archiepiscopum mittenda g). Seculis pri-

mæ-

di constitutio nunquam in forma authentica fuit exhibita; neque 2) Cardinales concilii decreta ultra proprietatem verborum extendere potuerunt, vt recte argumentatur laudat. ENGEL. tit. de maior. & obed. §. IV. n. 28.

b) c. 52. C. XVI. qu. 1. Vid. tamen c. 7. C. III. qu. 6. CHOKIER. tom.

I. P. I. qu. 41.

c) Conf. prec. §. VI.

d) Alleg. tit. XIX. c. III. §. 13. Add. ZIPAEVS ad tit. de foro compet.

§. VIII. e) Vid. ENGEL. tit. de appellat. n. 18.

f) Cap. 3. de appellat. in 6. c. 2. de consuet. in 6. Concil. Trident. sess. XXII. c. 7. de reformat. CHOKIER. t. II. P. II. qu. 16. n. 2. ESPEN. P. I. tit. XII. c. V. n. 8. Recte vero ad episcopum appellatur, si sententia fuerit interlocutoria. DN. BOEHMER. tit. de appellat. §. XII. sine ratione dissentiente GONZALEZIO ad c. 7. X. de appellat. §. 5. aut si appelletur in iis casibus, vbi officialis est episcopi delegatus specialis. CORVIN. lib. I. tit. XXV. n. 25.

g) c. 2. C. VI. qu. 3. c. 7. 8. C. IX. qu. 3. cap. XI. X. de off. iud. ordin. cap. 54. 56. 66. X. de appellat. c. 40. X. de sent. excomm. c. 1. de for. compet. in 6. c. 3. de appell. in 6. Notandum tamen, quod archiepiscopus pro recipiendis appellationibus iudicem in dioecesi suffraganeorum habere nequeat, sed in propria ciuitate iudicare teneatur. c. 1. §. 5. de off. ordin. in 6. GONALEZ. l. cit. n. 6. § seq.

h) Vid.

Appellatur ab officiali ad episcopum.

Archiepiscopus vbi iudicatur.



mæuis quidem ab episcopali iudicio ad synodos, & inde ad imperatores appellatum fuisse, ex historia illorum temporum h), & iuris ciuilis constitutionibus i) abunde patescit. Postquam vero episcopus Romanus primatum adeptus, & ²⁾ Apud pon. monachia ecclesiastica ad summum culmen perducta fuisset, ^{tificem.} in occidente ab episcopis ad metropolitanos, ab his ad primates, & denique ad curiam Romanam appellationes coe- perunt dirigi k). Imo eo vsque res peruenit, vt causæ, omisso

h) Vid. THOMASSIN. *de vet. & nou. eccl. discipl.* tom. II. l. 1. c. XV. Ordo appella-
n. 18. C. XVI. n. 9. C. XVII. n. 4. ESPEN. P. III. tit. IX. c. 5. §. 1. -- 4. Te-
tationum anti-
fatur illud in specie ZIEGLER. *de episcop. lib. III. c. XXXI. §. 7.* quando quus.
ait: *Causas episcoporum in synodis disceptatas & decisas fuisse; istas au-*
tem synodos ab Imperatore conuocatas coiisse; tum si persententiam syno-
dalem grauatus quis fuisset, eaque acquiescere nollet, appellare licuisse, ad
Imperatorem; bunc vero vel ipsum de causa controuerfa cognouisse, vel
iudices alios delegasse; porro etiam pontifici Romano causam delegari ab
Imperatore potuisse; & ab huius sententia appellari nihilominus potuisse ad
Imperatorem. Etiamsi vero prouocatio ab uno episcopo ad alium illi-
cita esset, sedes Romana nihilominus consultationis sibi adscribere non
dubitauit. Quorsum spectant, quæ INNOC. I. epist. ad Vitric. c. 3. scri-
bit: *Si quæ autem causa, vel contentiones inter clericos tam superioris ordi-*
nis, quam etiam inferioris ordinis fuerint exortæ, vt secundum synodum
Nicanam, congregatis eiusdem prouinciae episcopis, iurgium terminetur.
Nec alicui liceat (fine præiudicio tamen Romana ecclesiæ, cui in omnibus
causis debet reverentia custodiri) relictis his sacerdotibus, qui in eadem pro-
uincia Dei ecclesiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias.

i) Nou. 123. C. 10. Add. l. 29. C. de episc. aud. §. 4 & Nou. 79. §.
83. Sc.

k) Rationes, cur ad sedem Romanam appellandum, suppeditant Ratio & orig. epistole SIXTI I. c. 4. C. II. qu. 6. & ZEPHERINI c. 8. C. ead. Scil. quo-
appellatio-
niam illa mater est, cuins uberibus omnes nutriti debent; quia non potest num ad pon-
obliuisci mater filium suum. Sensim alias ad pontificem prouocatio in-
troducta fuit. Primo enim autoritate concilii Sardicensis factum vide-
tur,

omisso omni medio, *immediate* ad pontificem delatae fuerint
l), idque, in fauorem clericorum appellantium non tantum
(An ab illo ap- verbis, sed *facto* etiam fieri posset m). Ab illo vero, tan-
pellari possit?) quam *infallibili & supremo indice* in his terris, omnis ul-
terior appellatio sub poena excommunicationis prohibita n),
quanquam non pauci prouocationem a papa ad *conci-
lium* oecumenicum iure optimo & ratione subnixam af-
serue-

tur, ut episcopus Romanus facultatem, reformati latam ab aliis
sententiam, acceperit. Vid. P. de MARCA de C. S. & I. lib. VIII. c. 3.
& ZIEGLER. alleg. I. §. 23. Enim vero cum huius concilii decreta per
longum tempus nullum vigorem haberent, DN. BOEHMER, I. E. tit. de
appellat. §. 1. post receptam PSEVDO - ISIDORI collectionem applicatio-
nes ad papam in vniuersum demum admissæ fuerunt. P. de MARCA
d. I. c. 22.

l) C. fin. X. de for. compet. c. 7. 54. X. de appell. DN. BOEHMER. I. E.
tit. de off. & pot. iud. deleg. §. 3. 4. CORVIN. d. I. lib. I. tit. III. n. 13. inf.

Appellatione
facto interpo-
sita, nihil in-
nouandum.
m) Quando nempe grauati clerici intra decendium iter ad papam
suscipiunt, adeo vt iudex inferior amplius in causa procedere, aut sen-
tentiam priorem executioni mandare nequeat. c. vn. X. de cler. peregr.
c. 9. & 30. X. de appellat. Nisi speciali statuto aliud dispositum; vt in
ordinatione curiarum eccles. prouinciae Mechlin. tit. 16. art. 7. præceptum,
vt sententia, quæ non excedunt quinquaginta florinos, sub fidei suffragia cau-
tione executioni mandentur, non obstante appellacione & fine illius præiudi-
cio. Conf. ESPEN. P. III. tit. X. c. 3.

A Papa appel-
lari nequit.
n) In Bulla *Cœna Domini*, casu II. omnes excommunicantur, qui
ad futurum concilium generale appellare præsumunt. Hinc est,
quod ENGEL. lib. I. coll. iur. can. tit. XXXIII. §. 1. n. 6. non vereatur di-
cere: *Summus pontifex a nemine iudicatur, sed tota ipsius causa Deo re-
seruatur.* Vnde in iudiciis, nec vt suspectus recusari, nec ab eo appellari
potest, quia Papa vicarius Christi in terris tribunal habere creditur; ideo-
que ab eo ad Christum NB. appellari non potest, sicut nec a vicario episcopi
ad episcopum. Vid. ANDREAS du VAL de suprema Rom. pontificis in ec-
clesia potestate.

o)

seruerint o). Si quando tamen partes sententia papali se gravatas existiment, ne de illato sibi præjudicio conqueri possent, id a quibusdam, quamvis contra rationem iuris, excogitatum, ut a Papa male informato ad melius informandum, siue vt CHOKIER p) loqui amat, a Philippo dormitante ad excitatum prouocaretur: soletque hoc casu nouum rescriptum a pontifice, aut eius in partibus residente Nuncio vel Pro-nuncio impetrari, quo alius iudex in partibus delegetur q). Alius adhuc superest appellandi modus, qui ab abusu dici- 3) Apud iudi-
tutur, in Gallia præsertim usitatissimus, quo non prouoca- cces seculares.
tur a iudice ecclesiastico inferiore ad superiorem; sed ab illo ad Parliamentum regium, tanquam abutente sua iurisdictione contra iura, quorum tutio & defensio Regi incumbit

o) Sensit id inter alios quamplures Cardinalis Lotharingius, dum Quod a nonnullis in dubi-
cilio sit supra Papam, adiiciens, ita definitum a concilio Constantiensis & um vocatur.
Basileensis, non requirere se aliam ab illo concilio declarationem: attamen, si
cum Gallis consentire velint, necesse esse, ut decretis iam conficiendis nulla
verba inserantur, qua ipsorum sententiae præjudicent. P. SARPIVS Histor.
concil. Trident. l. VIII. p. 1236. edit. Lipsiens. lib. VII. p. 1179. 1158. & 1183.
& lib. VI. p. 920. 977. 981. Add. P. de ALLIACO lib. de potest. eccles. part.
III. cap. vlt. & SECKENDORF. hist. Lutheran. lib. I. §. 43. p. 58.

p) De iurisd. in exemptos, tom. II. part. II. qu. 49. num. 15. 16.

q) ESPEN. Part. III. I. E. tit. X. C. 2. §. 11. seq. & CHOKIER. d. I. vbi Appellatio ad
monet, hanc appellationem potius restitutionem dicendam esse, siquidem contiouersia apud eundem pontificem denuo agatur. Notabile informan-
huiuscemodi appellationis exemplum in historia reformationis præbet dum.
B. LVTHERVS, qui cum apud cardinalem Caetanum nihil efficere potuisse,
a pontifice male informato ad melius informandum appellavit; quoniam iudices sibi suspectos habebat, & ipse commissionem aliam ad viros
doctos, probos & honestos in partibus petierat. Vid. SECKEND. hist. Lu-
theran. lib. I. sect. 18. §. 38. p. 49. vbi grauamina illius latius recenseret.

bit r). Cum hoc suo modo praxis conuenit, quæ, vt CORVINVS s) testatur, iudicibus secularibus de iniuitate iudicis ecclesiastici, nolentis deferre appellationi ad sedem apostolicam interpositæ, cognoscere permittit, quod de iure alias fieri non potest t).

Forum clericorum debitorum apud Protestantantes.

§. IX. Pergo ad fora *Protestantium*, penes quos quidem *exemptio clericorum*, vtpote iure humano *) introducta, ad minimum in *causis ciuilibus* (vbi non vt clerici, sed vt ciues & membra reipublicæ & debitores considerantur). cessare, eorumque causæ in uno, ac eodem cum laicis iudicio Expediri debuissent. Ast in honorem ministerii u) *forum priuilegium* in *causis clericorum debitorum* confirmatum fuit

r) De qua specie prolixè agit P. de MARCA *cit. tr. de C. S. & I. lib. IV. C. 19. & seq. & ESPEN. alleg. l. cap. IV. num. 22. usque ad fin. cap.*

s) *Lib. III. tit. XXII. n. 29. p. 673.*

t) Vid. C. qualiter. 17. X. de iud. & STEPH. GRATIAN. *disceptat. fo- rense. C. 238. num. 47.*

§. IX. *) Conf. GIESBERT. VOETIVS *Politicae eccles. part. 1. lib. IV. tract. 1. C. 2. & supra cap. 1. §. 6. in fin.*

u) Ideo illud egisse principes censem AVTÓR medit. ad instrum. pac.

Westphal. art. V. §. 31. pag. 549. Ne clerici cogantur dc personis suis & prærogatiis coram quoquis iudice litigare. Quod eorum existimationi officeret, cum tamen omnis eorum autoritas & honor apud populum habitu & titulis a vulgo distinctis constet, quibus reverentia quædam eis est concilianda, quos humilitate, pietate, donisque cæteris Spiritus S. quæ hunc ordinem ornare ante alios deberent, plerumque carere videmus. Opinio quoque canonistarum eius temporis, quasi princeps clericis fori priuilegium in totum auferre non posset, Consistoriorum institutionem promouisse videtur. Quo spectant verba ZIEGLERI de iurib. maiest. lib. 1. C. 19. §. vlt. vbi ita: *Vt maxime enim imperio suo exemptos prorsus ministros ecclesiae (principes) noluerint, singulare tamen ipsis, in territoriis suis constituerunt forum, ne scil. de iure eorum quicquam remitteretur, nec personis ec- clesiasti-*

Quæ ratio con-
stitutorum
Consistorio-
rum.

fuit x), quod communiter Consistorium, das geistliche Gericht, InConsistorium
appel-

clerisasticis implicare se negotiis secularibus permitteretur. Enim uero singula, quæ de iure clericorum circa forum priuilegium quæsito, & necessitate constituentium Consistoriorum afferuntur, principia iuris canonici sapient, duplice in principe personam supponunt, quam opinionem iam supra cap. 1. §. 6. in not. lit. p) vt erroneam reiecimus. Vnde ill. DN. THOMAS. im Recht eines Evangelischen Fürsten in theologischen Streitigkeiten V. Satz §. XI. pag. 54. eleganter: Alle Rechte, inquit, die ein Fürst hat in Regierung seiner Unterthanen, hat er als Fürst, und hängen dieselbe unauflöslich zusammen, so, daß, wenn man einige davon nehmen wolte, eine unvollkommene, und zur Regierung der Unterthanen nicht zulängliche Majestät daraus entstehen müste. Vor der Reformation waren freylich die iura episcopalia von den iuribus principum entschieden, weil man im Papstthum es für eine Tod-Sünde hielte, wann ein Fürst sich die iura episcopalia, die doch in der That auf weltliche Sachen giengen, anmaßen wolte. Nach der Reformation aber ist es am besten, daß man diesen Unterscheid weglasset, weil er zu einigen falschen Conclusionibus Anlaß giebt. • • Als daß es allerdings nothig sey, daß ein Fürst in seinem Territorio ein Consistorium aufrichte, und die so genannte Consistorial-Sachen davor debatiren lasse. Neque ferendum est, posse politiæ alicui ab alterius cuiuscunquæ politiæ liberalitate atque indulgentia præiudicari, exemptiones & immunitates clericis conferendas illi prescribi, quæ ob instantem necessitatem, aut ob alias rationes bonum & statum reip. concernentes, idem nec potest, nec vult præstare, vt loquitur VOETIVS d. I. probl. 2. Aliud vero est, annon consultius fuerit, causis clericorum, vt aliis causis arduis, forum speciale assignare; quod vtique pro diuersis tamen cuiusque reip. affectionibus & statu, affirmandum. MEVIVS part. 3. dec. 415. n. 9. & DN. BOEHMER. I. E. tit. de off. vicar. §. 17. seqq. Add. SECKENDORF. hist. La-theran. lib. III. sect. 19. §. 82. n. 7. & sect. 27. §. 110. in addition.

x) Factum illud in Saxonia per ordinat. polit. de anno 1612. tit. Clerici debito. von Consistorial Sachen num. i. verb. Und weil vors andere vermöge der res in Cons. anno 1580. publicirten Kirchen-Ordnung sub tit. von Immunitätenstoriis forum x. die Schul- und Kirchen-Diener alleine in real- Klagen und hohen fortuntur.

appellari consuevit y), & in locum iudiciorum Officialatus apud Catholicos successit z).

Quæ constituuntur a summa potestate ciuitatis.
Statibus Imperii:

§. X. Constituuntur vero Consistoria regulariter ab eis, quibus ius circa sacra competit. Evidem hoc non solum summae in republica potestati, tanquam pars eminens iuris Maiestatici, inhæret a): sed ad Status Imperii protestantes vigore superioritatis territorialis quoque pertinet b), quibus illud per pacifi-

Frevel und Malefiz-Sachen, nicht aber in Schuld-Händelen, und anderen actionibus personalibus vor der weltl. Obrigkeit belanget werden können; inmassen denn solches bishero in unseren Consistoriis gehalten: als lassen wir es bey erwehnten Verordnungen ic. billig bewenden. Freund Brüderl. Haupt-Vergleich, de anno 1682. ibi: die Gottsmäßigkeit ic. De eo quoque disponit Magdeburgische erklärte und verbesserte Proceß-Ordnung cap. 1. §. 6. Die Prediger, so wohl derer Witben und Erben, haben in allen actionibus personalibus ausser dem Consistorio kein ander forum zu erkennen. Et §. 23. Vor dem Consistorio nun haben ihr forum alle Prediger, so viel ihr Amt, oder andere personal-Sachen betrifft. Conf. BRVNNE. I. E. lib. III. C. 1. §. 1.

Consistoria apud exteros. y) In Anglia Consistoria dicuntur curie christianitatis, & in Helvetia das Chor- und Chor-Gerichte. NAEVII Priester-Recht cap. IV §. 16. FRITSCH. ad ANT. FABR. tr. de religion. in rep. regenda p. 346. & 379. 384.

Quæ cause consistoriales sunt? z) Inde est, quod a quibusdam regula conficiatur, omnes illas causas ad cognitionem Consistorii pertinere, quæ apud vicarios catholicorum peraguntur. Vid. DN. BODIN. dissert. de illicita a principibus protestantibus prouocatione in cauf. eccles. §. 18. Sed vid. B. TITII Probe des teutschen geistlichen Rechts lib. 1. cap. 6. §. 12. seq.

Habent status Imperii ius circa sacra. §. X. a) Vid. HVGO GROTIUS de imperio summarum potestatum circa sacra. Ill. DN. THOMAS. dissert. de vindictis iuris Maiestatici circa sacra. CONRING. de mai. civil. autoritate & officio circa sacra. Add. ZIEGLER. de iurib. Maiest. lib. I. c. XIII. §. 22. & sq. B. S. STRYK. de iure papali princ. euangel. c. 1. §. 1.

b) Fac enim, inquit AVTOR meditt, ad §. 50. art. V. pac. Westphal.

pacificationem religiosam c), & deinde per pacem Westphalicam d) plenissime restitutum fuit. Ex huius dispositione sibi nobilis*Et nobilibus nobiles immediati ius Consistorii non minus recte vindicant e); immediatis nisi illud ius vel expressa conuentione & consensu, vel longa possessione & moribus, a vicinis principibus, vel inferioribus suis diminutum sit f).*

§. XI. Neque tamen status Imperii, & nobiles immedia- Aliquando et-
ti sibi vnicē ius Consistorii & iurisdictionis in clericos adscri- iam a media-
bere tis.

*phal. lit. f.p. 516. ecclesiasticam cleri potestatem contra protestantes suspen-
sam vel abolitam esse, sane statim reuictaret supremum principis ius circa
sacra, quod hactenus ecclesiastici ordinis ambitu & importunitate suppressum
erat, & ideo, cum res in naturalem suum statum redierit, quo fuit, ante-
quam clerus se erigeret & venditaret, non opus esse iure vicario: sed prin-
cipem suo iure sacrorum curam gerere, cum nemo sit, qui impedit, amoto se-
mel clero pontificio. Conf. RHETII dissert. de iure statuum imp. circa sa-
cra. MYLER ab EHRENBACH. de statib. imp. P. II. cap. 82. 83. 84. LVDOL-
PHVS HVGO de statu region. Germ. C. III. §. 28.*

c) Rec. Imp. 1555. §. damit auch §. 20.

d) Art. V. Instrum. pac. Caesar. Suec. passim, & §. 48. Quam Quod antea
grauer antea catholici tulerint, quod principes euangelici iurisdictione Metropolita-
nem ecclesiasticam Metropolitanorum amplius nollent agnoscere, nis competiuit,
vid. AVTOR. meditt. ad alleg. §. 48. lit. u. Conf. etiam B. STRYK. cit. diff.
cap. IV.

e) cit. §. 48. ibi: comprehensa libera imperii nobilitate. Ex quo Nobiles im-
patet, nobiles immediatos talia certe iura possidere, quae superioritati ter- mediati, an su-
ritoriali proxima sunt, vid. III. Dn. COCCEI. iur. publ. prud. cap. XXI. §. 14. perior. terri-
& CHRISTOPH. MINGIVS diff. de super. territ. cap. 1. concl. 47. iunct. conc. tor. gaudent?
62. quamuis illi ex mente quorundam ipsum superioritatis territorialis
eminens ius sibi adscribere nequeant. LVDOLPH. HVGO d. l. cap. V §. 5. 6.
STRAVCH. diff. Exoter. IX. tb. 22. Vid. SCHWEDER. Introd. ad ius publ.
P. spec. sect. II. cap. 10. §. 12.

f) FRITSCH. exerc. iur. publ. VIII. §. 35. & KNICHEN. de subt. & reg-
terr. iur. cap. IV. num. 6. seqq.

bere possunt; siquidem ciuitates quædam *municipales* g), ac nobiles mediati h) vel ex concessione principis, vel immemoria li præscriptione obtinuerunt, quo clerici debitores coram iudicio

Exempla ciuitatum, quæ ius Consistoriorum possident.

S. XI. g) Conspicuum illud in Lusatia in denen Sechs-Städten, quæ iurisdictionem in clericos hucusque exercuere, teste Dn. BOEHMER. I. E. lib. I. tit. 28. p. 623. Eodem priuilegio pollent Magdeburgum, Lueburgum, ciuitas Stadensis in ducatu Bremensi, & Mindensis vrbs. Vid. Dn. LVDOVICI Consistorial-Procesſ cap. III. S. 19. & B. STRYK. in addition. ad BRVNNEM. lib. II. I. E. c. 8. S. 25. p. 459. Inprimis vero ciuitatis Stralsundensis priuilegii in hoc passu notandum, quod Rex Sueciae ad conseruandum illud in instrumento pacis Westphalicæ se exprefle obligare debuit. Vid. d. instrum. pac. art. X. S. 16. ibique AVTOR meditt. lit. g. Conf. MEVIVS quæſt. prælim. ad ius Lubec. III. S. 20. fqq.

Ius nobilium mediatorum circa iurisdictionem eccl. s.

Quod responſo illustratur.

h) Exemplum præbere possunt comites & nobiles mediati in ducatu Gothano, quibus clerici in prima instantia subiacent. Vid. Gothaſche Landes-Ordnung part. i. c. 2. tit. 5. In summis quoque Imperii tribunalibus nobilibus mediatis ſepius iurisdicſio ecclesiastica asserta fuit. KLOCK. Vol. 1. Conf. 20. num. 352. fqq. MEVIVS P. II. dec. 350. n. 10. & P. III. dec. 14. Ut vero eo melius de hac controuersia iudicium ferri poſſit, hic inſerere placuit responſum ab illustr. Facultate iuridica mens. Octobr. anno 1715 conceptum.

Hat Graf Heinrich von Schwarzburg A. 1458. die Herrſchafft Wieha, welche in Thür-Sächſischen Territorio gelegen, mit aller Herrlichkeit, wie ſolche bemeldter Graf Heinrich ſelbst beſeffen, an die Herren von Werthern verkaufet, und als hernach die reformatio religionis erfolget, haben die Herren von Werthern die geiſtliche Gerichte in ſolcher Herrſchafft zu exerciren angefangen, auch beständig damit continuaret; es ist auch niemahlen deſhalb ein Streit entstanden, als daß A. 1576. eine Kirchen-Visitation vorgenommen werden ſollen, da dann die Graſen von Schwarzburg ſich zwar ſolcher Visitation angemafſet, die Thür-Sächſische ihnen aber diſſalſ widersprochen, und die Schwarzburgiſche Visitation bey 500. fl. Strafe anzunehmen verbothen, worauf aus der Visitation gar nichts geworden, ſondern die Herren von Werthern

thern nach, wie vor, bey dem exercitio der geistlichen Gerichte verblieben, bis A. 1680. und hernach A. 1711. dissals einiger Zweifel erreget worden.

Ob nun wohl die Herrschaft Wieha im Chur-Sächsischen Territorio gelegen, und es dannenhero das Ansehen gewinnen möchte, daß propter ius episcopale, serenissimæ electoralî domui Saxonica competens, die Herren von Werthern der geistlichen Gerichte sich anzumassen nicht berechtiget, zumahlen der Religions-Frieden und die hernach erfolgte sanctiones pragmaticæ nur inter status imperii, nicht aber inter eos qui a statibus feuda possident, & sic mediati sunt, per modum conuentio-nis publicæ aufgerichtet worden, ferner die præscription contra leges imperii publicas dem Ansehen nach nicht statt findet, und selbige über den, wann sie auch sonst statt hätten, per mandatum poenale de A. 1576. interrumpiret werden.

Dennoch aber und dieweil (1) bey dieser Frage ein guter Unter-Rat decidendi. scheid inter ius circa sacra, wohin das ius condendi leges ecclesiasticas, ius indicendi dies festos, ius dispensisandi, und dergleichen gehören, & inter iurisdictionem ecclesiasticam, sive potestatem cognoscendi de controversiis ecclesiasticis, easque decidendi, gemacht werden muß, (2) die Herren von Werthern das ius circa sacra, weiches zu der superioritate territoriali gehöret, gar nicht, sondern nur bloß iurisdictionem ecclesiasticam prætendiren, (3) auch diejenige, welche nicht ad classem statuum imperii gehören, dieser geistlichen iurisdiction nicht unsfähig sind, wie solches die Exempel vieler municipal-Städte, als Stralsund, Magdeburg, und dergleichen bewähren, und solches von bewährten Rechts-Lehren deutlich gezeigt worden,

COTHMANN. vol. 4. resp. 33. num. 39. seq.

MEVIVS part. II. decif. 305. in not.

Nec enim suspensio iurisdictionis ecclesiasticæ eam in tantum statibus imperii adpropriauit, vt mediati eiusdem plane incapaces sint, sed tantum effecit, vt catholici eandem non am plius exerceant,

LYNCK. de iur. episcop. c. 4. n 104. seq.

woraus (4) das dubium, ac si præscriptio iurisdictionis ecclesiasticæ contra leges imperii publicas impingat, zugleich hinweg fällt, (5) die Herren von Werthern seit der Reformation die iurisdictionem ecclesiasticam per tempus immemoriale beständig exercit haben, (6) das

anda-

Rat dubitandi.

dicio ecclesiastico, ab eis *subordinate* constituto, conueniri debeant. Quod non minus verum est in illis, qui inuestiti sunt mit denen geistlichen und weltlichen Gerichten i).

A subditis protestanti-
bus in terris Catholico-
rum.

§. XII. Præterea notatu in primis dignum est, quod si *subditi protestantes* in ditionibus dominorum catholicorum existentes, quacunque anni 1624. parte proprium Consistorium cum cognitione de causis clericorum obæratorum habuerint, illud in posterum retineant, neque officialibus episcoporum

mandatum poenale de A. 1576. diese præscription derer Herren von Werthern ratione dictæ iurisdictionis ecclesiastica auf keinerley Weise interrumpiren können, weil der Streit zwischen Thür-Sachsen und denen Grafen von Schwarzburg gewesen, selbiger aber die Herren von Werthern keinesweges angegangen, und es also bey der bekannten Rechts-Regel verbleibet, quod quævis inter alios acta aliis non noceant,

PEREZ. ad tit. Cod. inter alios acta &c.

(7) die iurisdiction ecclesiastica per modum præscriptionis de iure adquirere werden kan:

LYNCK. d. cap. 4. n. 104. & cap. 3. n. 32.
So erscheinet daraus allenthalben so viel, daß die Herren von Werthern die geistliche iurisdiction bey der Herrschaft Wieha rechtmäßig adquirere, und sie dannenhero dabey nicht zu beeinträchtigen, sondern vielmehr zu schützen. B. N. W.

Patroni de litii-
bus clericico-
rum non co-
gnoscunt.

i) Dissentit hic cum WEBERO tr. de iure Consistor. c. 41. inter alios BRVN NEM. I.E. lib. III. C 1. §. 4. exinde, quod nihil aliud his verbis, quam *ius patronatus* concessum existimet, patronis vero in causis pastorum iudicare prohibitum sit, BRVN NEM. cons. 142. adeo ut nec magistratus, cuius sumptibus clerici aluntur, illos a consistoriis eximere valeat. B. STRYK. de foro ministr. Princ. cap. 1. §. 9. Verum enim vero aliud est, quem inuestitum esse mit allen und ieden Gerichten, sub quibus *ius Consistorii*, ut pote speciale, haud contineri concedo: & aliud rursus est inuestitum esse mit denen geistlichen Gerichten, quæ verba certe latius, quam *ius pa-
tronatus* patent. Vid. Dn. BOEHMER. d. l. §. 28.

§. XII.

porum quid iuris in eiusmodi clericos (competat k). Sin autem subditi illud docere nequeant, clerici in causis debiti coram ordinariis iudicibus iuxta obseruantiam anni decretorii 1624. conueniri poterunt l).

S. XIII. In tantum vero fundata est Consistorii, vbi Quidam clerici alibi conueniri debent.

S. XII. k) *Instrum. pac. Cæsar. Suec. art. V. §. 31.* Notissima est ex hoc §. nata controuersia inter episcopum Hildesensem, eiusque subditos protestantes, cuius fata enarrat AVTOR meditt. ad d. §. 31. cit. l. p. 543. seq. quo anno 1711. ita composita, ut statibus prouincialibus peculiare Consistorium confirmatum fuerit, de quo in *Recessu* §. 17. ita cautum: Vor diesem Consistorio sollen nicht allein ea, quæ sunt ordinis & iurisdictionis ecclesiasticæ, -- sondern auch alle partes huius iurisdictionis, so wol über iest besagte Personen in grösseren und kleineren Stiftt, tam quoad predicas causas & negotia mere ecclesiastica & spiritualia, quam quoad causas matrimoniales, item personales, so die Prediger, Schul- und Kirchen-Diener, deren Wittwen und Kinder, so lange sie in der Eltern Brodt stehen, angehen, tradiret, gerechtsertiget und exequiret werden. *FABRI Staats-Canzley tom. XVII. cap. 13.* Erfurtenis etiam ciuitas speciali Consistorio gaudet, quod Ministerio collatum est, unde iudicium ministeriale vocatur. *Dn. LUDOVICI cit. l. cap. III. §. 19. in f.* Memorabilis adhuc est conuentio inter iniudicissimum IMPERATOREM nostrum & Regem Sueciae, Ransdadi anno 1706. inita, qua Consistoria, quæ in principatibus Silesia tempore pacis Westphalicae fuerunt, denovo confirmantur. Vid. *Josephi Leben und Thaten part. II. p. 248. & Executions-Recess de A. 1709. art. 13. & 14. d. l. pag. 271. seqq.*

l) Per §. 48. art. V. instr. pac. Osnabr. vbi protestantes iurisdictione ecclesiasticæ ad normam a. 1624. ulterius quoque subiiciuntur, in singulari casibus, qui A. C. non concernunt, modo ipsis ratione processus nibil iniungatur A. C. vel conscientia repugnat. Iam vero neque A. C. concernit, nec conscientia repugnat, causas clericorum obæratorum coram alio iudice, quam proprio Consistorio ventilari. Quamobrem decisio ad dominum territorii iudicesque ab illo positos spectabit. Quid Hildesiae ante Rec. nouiss. iuris fuerit, vid. eiusd. art. VI. Add. B. STRYK. de foro minister. princ. cap. I. §. 10.

Deficiente
Consistorio
clericu
prote
stantes in iu
dicio ordina
rio conueni
untur.

id erectum, iurisdictio, ut illud singuli clericī agnoscere teneantur, quod limitandum ratione *Canonicorum* in pluribus Protestantium capitulis, qui si a creditoribus suis conueniantur, in prima instantia *coram capitulo* foram sortiuntur m). Quotiescumque vero ipsa *capitula* aut *Prælati*, qui inter status prouinciales referuntur, æs alienum contraxerint, non nisi in *summis dicasteriis* principum actio institui potest n). Sed & hoc tenendum, quod clericī debitores, qui si mul

Canonici ca-
pitulo subia-
cent.

§. XIII. m) Hoc in episcopatu Merseburgensi obtinere, probatur ex CARPZOV. lib. II. respons. 35. vbi num. 4. adducit capitulationem 1603. initam huius tenoris: Dass S. Fürstl. Gnaden gegen die Prälaten, Domherren und andere Stifts-Personen, und derselben Gesinde, einiger Gerichtbarkeit, anders dann von Alters herkommen, sich nicht anmassen, desgleichen auch dem Capitul an ihren Gerichten, welches sie niederwärts bis an das Creuze, und in den Häusern und Höfen der Prälaten, Domherren und Vicarien, so weit sich die Freyheit erstrecket, auch in der Pfarrer S. Maximi, Cämmerey und Beckerey, und hinaufwärts bis an das Thor, da man nach St. Peters-Closter gehet, und an das Schloß-Thor, desgleichen auf dem Lande in ihren Dörfern, Fluhren und anderswo, wie sie solche bis anhero gehabt und gebrauchet, keinen Eintrag noch Gewalt thun oder lassen wolten. De ciuitate H. (for te Halberstadiensi) idem allato responso testatur ZIEGLER. de iurib. maiest. lib. I. C. 19. §. 10. Seynd in der Stadt H. zwö unterschidene iurisdictiones, da jedes sein eigen absonderlich iudicium, so wohl in bürgerlichen Sachen, als auch in peinlichen; als das Thum-Capitel über die Thum-Herren, Vicarien, und deren angehörige Diener, der Rath aber über ihre Bürger hat, ic. Quæ ratio instantia in capitulo cathedrali Magdeburgico sit, de eo disponit Erklär. und Verbess. der a. 1686. publicirten Magdeburgischen Proceß-Ordn. cap. 1. §. 10. Unsere Dom-Capitularen zu Magdeburg aber behalten -- die erste Instanz bey dem Capitul, iedoch salua appellatione an unsere Regierung.

n) Erklärung ic. der Proceß-Ordnung. d. l. Es werden uns ter denen priuilegierten Personen, das Dom-Capitul und die Prälaten von

Vbi capita-
& prælati con-
ueniantur?

mul membra aut ciues Academæ sunt, in senatu academico quoque compellari queant, cum idem hoc casu concurrentem cum Consistorio iurisdictionem exerceat o).

§. XIV. Quamuis autem clericos in Consistoriis ob debita ciuilia quotidie conueniri videamus, illud nihil. Tocius vnicē ab arbitrio constituentium dependet. Sicuti enim ex beneplacito p) eorum Consistoria erecta; ita illis aut omnis iuris iurisdictio, aut pro parte adimi potest, & decisio causarum clericalium aliis collegiis politicis demandari q); nisi pacta cum subditis, aliisque inita adsint, quæ abrogationem prohibeant r). Vnde constat, quam male de iuribus principum illi sentiant, qui causas clericorum a Consistorio, quantumuis ex iusta causa, auocari s), aut

com-

von Clöstern und Collegiat-Stifttern, welche Stände des Landes sind, nicht verstanden: sondern, wenn dieselbe entweder als Collegia, oder einige ihres Mittels und deren Erben in personalibus oder realibus in Anspruch genommen werden, soll solches nirgends anders, als vor der Regierung, welche das Regiment an unserer statt im Lande führet, geschehen.

o) Vid. TITIVS Probe des Teutschen geistlichen Rechts lib. I. cap. VI. §. 33.

§. XIV. p) Vid. supra §. IX. lit. u) in not. bii. cap.

q) Tantum enim Consistorio iuris competit, quantum a principe ipsi concessum. TEXTOR. diss. de iur. episc. in territ. stat. protest. th. 86. Conf. SCHRADER. de caus. for. eccles. cap. 1. §. 2. lit. b. in not.

r) Vid. Illustr. Dn. THOMAS. de iure Princ. evang. circa solenn. se- pult. §. 18. Itaque Consistoria necessitatis sunt in terris catholicorum tatis. Principum iuxta statum a. 1624. Dn. BOEHMER. I. E. l. I. t. 28. §. 25.

s) Præcipiuus inter eos est HENR. GEBHARDVS de potestate & regim. eccl. ideo, quod, ut inquit, iudicia huiusmodi ecclesiastica totum presbyterium ecclesia representent, nec absolute ad principem spectent, ut curiae mere seculares. Vid. Illustr. Dn. THOMAS. Evangelischer Fürsten Recht part. I. th. 5. §. 14. in f. Ast 1) falso hæc nituntur supposito,

commissariis a principe delegari posse t) negant.

Quamobrem alicubi contra albergæ enim u) & Hamburgi x) Consistoria peculiaria deficit, ibique clericorum debitores coram senatu aut eius deputatis conueniuntur y). Quod de ciuitate Francofurtensi quoque testatur VFFENBACH yy). Alicubi etiam in Cancellariis consistorialia expediri solent z). Præcipue autem de Hassiae Landgrauiatu tenendum, ibi causas clericorum ciuiles, siue ex debito oriundas, in ordinario & ciuili iudicio ventilari a), quod in

quasi Consistoria repræsentent presbyteria, quod modo impugnauit Dn. BOEHMER. I. E. tit. de off. archipresbyt. §. 34. 35. 2) Consistorium ad principem omnino spectat, omnemque vim iudicandi ab eo accipit. Vid. B. STRYK. addition. ad BRVNNEM. I. E. lib. I. cap. 6. §. 6. verb. persua Consistoria. Auocatio tamen fieri non potest in Consistoriis euangelicis territoriorum catholicorum. Vid. Recess. Hildes. alleg. §. 16. seq. Add. MEVIVS p. II. dec. 134. & p. I. dee. 217, num. 5.

t) Conf. Dn. LUDOVICI d. l. cap. V. §. 36.

§. XV. u) HENR. LINCK. dissert. de iud. reip. Norib. cap. II. §. II. 12. 13. & WAGENSEIL. de ciuit. Norib. in addend. p. 376.

x) B. BEYER. in position. ad ff. tit. de iurisd. posit. 52.

y) BRVNNEM. iur. eccles. lib. III. cap. 1. §. 2. 3. ibique STRYK. in addition.

yy) de iudicio Cæf. aul. cap. V. sect. 2. p. 15.

Consistorialia a regimine ex- n. 25. Ita Cellis quoque & alibi Consistorium partem quandam & appendiuntur. pendicem regiminis saltem constituere, notat SCHRADER. de cauf. fori eccl. c. 1. tit. 1. §. 1. lit. s in not. Et tunc subscribi solet Fürstl. zu denen Consistorial-Sachen Verordnete ic. LAVR. OHM. de 1. Episc. b. 16. lit. a)

Ordinat. Cas- selanea. a) Per ordinat. Consistor. Casselan. cap. 8. Daß in andern ciuil- und politischen Schuld-Schaden und dergleichen Sachen und Forderungen, die mit ihrem geistlichen Stand und Amt keine Gemeinschaft haben, sie bey ihrer ordentlichen und weltlichen Instanz und Gerichts-Zwang gelassen werden sollen.

b)

in Regia Berolinensi non minus moris est b). Præterea clerici militares, die **Feld-Prediger**, non in Consistoriis, sed in foro & militari militari ob contractum æs alienum conuenti respondere tenentur c); nisi in eorum fauorem speciale Consistorium, quod **militare** dicitur, erectum sit, quod de causis clericorum ciuilibus cognoscit d).

§. XVI. Denique, vt cunque contra clericos debitores Forum clericorum in se-
in Consistorio pronunciatum fuerit, sententia absque dubio corum in se-
appellationi obnoxia est. Evidem in quibusdam locis in- cunda instan-
stituta reperiuntur Consistoria inferiora, geistliche Unter-Ge-
richte e), vbi appellations ad Consistorium superius diri-
guntur

b) Cammer-Gerichts-Ordnung 1709. tit. 10. §. 12. Was die Marchica, geistliche Personen betrifft, soll in ciuibus causis, gleichwie dem magistratu inferiori, also auch unserem Cammer-Gericht die iurisdiction ge lassen werden. Add. Rec. Marchic. 1653. §. 17. verb. Soll in ciuibus causis &c. Inde ill. Dn. COCCEI, de differ. iur. ciuil. & Marchic. cent. 1. tit. 4. §. 3. clericos in Marchia iudici laico in causis debiti subiectos asserit: quos coram patronis conueniri, ex eodem Rec. existimat STRYK. ad LAVTERB. tit. de iudic. p. 104. v. clericus.

c) SPATE Auditeur sect. I. cap. 6. §. 4. sqq. p. 228. vbi illud in clericis cathollicis fallere tradit.

d) Factum illud a potentissimo Rege Borussiae in gratiam suorum Consistoriorum exercituum. Vid. Reglement des Militair Consistorii de anno 1711. Es militare. Bestehen auch unter solchem Consistorio castrensi alle und iude Guarnison- russicum. Und Feld-Prediger, welche sich desselben iurisdiction und cognition unterwerffen müssen. Es sey denn, daß dieselbe wegen einiger irrigen Lehren beschuldigt würden, welchenfalls das Consistorium castrense den gleichen Sachen an die Consistoria ordinaria zu verweisen hat. Add. Bñigl. Schwedischer Briegs-Artikels-Brief tit. 3. n. 16. &c. Bñigl. Dámsche Briegs-Instruktion cap. 5. Von den Consistorial- oder geistlichen Briegs-Gerichten. num. 24. &c. Zurichisches Briegs-Recht tit. III. art. 15. sq.

§. XVI. e) Vti in ducatu Gothano & adiacentibus locis, Go- Consistoria in-
F 3 thaische feriora.

guntur f). Sed ubi haec deficiunt, recursus datur ad principem g), aut summa territorii dicasteria h). Enim vero ad summa Imperii tribunalia prouocari nequit i), nisi ex opinione quorundam, si sententia nullitate laboret k). Cui addendum

A Consistorio
appellatur ad
principem,

& summa di-
cateria.

thaische Landes-Ordnung part. I. c. 2. tit. 6. & in terris comitum 2
Neuß. Dn. LVDOVICI d. l. C. 18. §. 4. De Holsatia testatur FUCHS intr.
ad prax. lib. 1. cap. 22. § 23. ibidem prater Consistorium generale, plura
specialia, tam in districtu Regio, quam ducali constituta esse. Add. su-
pra §. 11. hui. cap.

f) CASP. LEIPOLD. de concurr. iurisd. qu. vlt. Ill. Dn. LYNCKER.
alleg. tr. cap. 6. §. 26. num. 7. Conf. omnino B. SECKENDORF. Teutſcher
Fürſten-Straat part. 2. cap. 12. §. 3. vers. 2.

g) Quippe princeps, vti inquit AVTOR meditt. ad §. 31. art. V. instr.
pac. lit. o) procul dubio non concurrentem saltē, sed longe maiorem etiam
atque superiorem habet iurisdictionem, (quam Consistorium) quibus locis
id ipsum non specialibus pacis, vel lege imperii circumscripsum est. Conf.
BRVNNEM. I. E. lib. III. c. 16. §. 1.

h) Hic spectat Ill. Dn. THOMAS. de iure princ. euang. circa solenn.
sepult. §. 11. in f. Sanctius, inquit, consilium principis personam magis im-
mediate sustinet, quam Consistoria eidem inferiora; evidens est, eadem, que
de iure principis in oppositione ad Consistorium suum afferuntur, adserenda
quoque esse de consilio eiusdem intimiori politico. Confirmat illud Chur-
fürſt. Braunschweig-Lüneb. Ober-appellations-Gerichts-Ordnung p. II. tit. 1. §. 3. Wenn in ciuilibus eine action gegen eine zu dem
clero gehörige Person angestellet worden, und vergleichen jemand durch
die Erkāntnissen unseres Consistorii sich beschweret achten solte, mögen
nicht weniger solche Sachen durch ordentliche appellations an unser
Ober-appellations-Gericht gebracht und angenommen werden. Add.
Sächſisch. Kirchen-Ordn. tit. vom Ober-Consistorio. §. Es soll ic.
Dön. Preuß. gemeiner Bescheid de a. 1708. §. IX. Magdeb. ver-
bess. Proces-Ordnung c. 43. §. 9. LINCK. de iur. episc. c. 12. n. 59. ME-
vivs p. II. dec. 364. sqq. part. III. d. 415. p. IV. dec. 1.

i) HORNIUS iur. publ. prud. cap. 59. §. 8.

k) Quam in rem H. SCHWARZKOPFII, Cancellarii Brunswic. moni-
ta

dum existimo, tunc iurisdictionem Cameræ fundatam dici posse, quando causæ clericorum in iudicio ciuili ventilatae sint. Cum enim ita non amplius ut ecclesiasticæ, sed ut mere ciuiles considerentur, nihil oberit, eas cum cæteris causis laicorum ciuilibus per appellationem ad Cameram deferri kk).

§. XVII. Notandum adhuc est, quod, si Consistoria Euangelica in terris Catholicorum formata sunt, ad dominum territorii appellari haud possit l), & illo tantum casu pronocatio admittatur, si totum Consistorium, ut suspectum, recusatum fuerit m). Modo non adsint pacta contraria, vti in principiis Silesiæ, vbi IMPERATOR noster inuictissimus appellationem a Consistoriis Euangelicorum sibi expresse reseruauit n).

§. XVIII. Satis iam actum de foro privilegiato clericorum debitorum apud Catholicos & Protestantes: speciatim in praesens videndum de qualitate debitorum, simulque inquirendum,

ta adducit SCHRADER. cit. l. tit. 1. §. 8. lit. b. in not. Sed hanc opinionem, vt erroneam, oppugnat Dn. BODINVS cit. dissert. de illicita a princ. protest. prouocat. in cauf. eccles. §. 18. 19. 50. & 51.

kk) Eiusdem opinionis esse videtur VFFENBACH. d. I.

§. XVII. l) Deductum illud in antiuindiciis statuum Episc. Hildes. A Consistoriis euang. p. 38 sq. p. 63. sqq. & 238. sqq. & confirmatum per Rec. nouiss. 1711. quando ad §. 18. verb. Noch (sollen) die vor dqs Consistorium gehörige, oder allda principem rechtshängige Sachen, von dannen auociret, noch vor den Landes Fürsten, Thum Capitul, odrr ein ander Gericht, es sey unter dem Namen von appellation, recurs, oder unter was für einen prætext es sonst seyn möchte, gezogen werden. Erfurti a Consistorio ad senatum quoque, non ad electorem Moguntiæ, prouocatur, qui causam iterum Consistorio delegare solet, teste Dn. LUDOVICUS Consistorial Procesc. 18. §. 9.

m) SCHRADER. alleg. l. §. 7. & lit. a) in not.

n) Vid. Schlesischer Executions-Recess 1709. art. 13. & 14. ibi: salua semper appellatione immediata an ihre Käyserl. und Kös- nigliche Majest. §. XVIII. o)

Quid juris in
terris catholi-
corum?

Debitores ordinari nequeant.

De facto ordinati an priuilegium fori amittant?

In specie ad ministratores?

Dispositio concilii Carthagin.

An debitores ex priuata administratione excepti?

Debitores ordinari, nocet creditoribus.

dum, an quibuscumque debitis hoc forum debeat? Præmitto autem ante omnia, veteribus canonibus o) prohibitum esse, debitores, maxime ad ratiocinia obligatos ex administratione, tum publica, tum priuata p), ordinare, quod tendere hoc videatur in præiudicium creditorum q).

§. XIX. Sitamen talis debitor *de facto* ad ordines admis-sus est, non satis definiunt canones, an clericatu assumto, pro debitis antea contractis mutet forum? an etiam in his priuilegiis clericalibus gaudeat? Et quidem clericum, qui administrator fuit, a iurisdictione seculari hoc ipso non eximi, sed conueniri posse in foro *gestæ administrationis*, censem: quod tunc maxime admittunt, si alibi, quam vbi clericus est, administrationem gessit, quia creditori ex ipsa administratione ratione

§. XVIII. o) In concilio Carthag. a. 348. celebrato cap. 8. disertis legitur verbis, ut diaconi non ordinentur, qui procuratores & tutores & actores & curatores pupillorum fuerunt, nisi post deposita & redditum ratiocinia.

p) Debitores ex priuata administratione excludit Ill. Dn. LYNKER. in anal. ad DESSEL. erotem. tit. de oblig. ad ratiocin. non ordin. sed, vt ex adducto canone liquet, inuito iure canonico, eiusque ratione.

q) Præiudicium creditorum in eo versari creditur, tum quod magis fori declinandi gratia id debitores fecisse præsumantur, tum etiam, quod rigore iuris contra eos, qua clericos, vt prohibitum sit, ob beneficium competeant, quod eis indulgere solent, de quo cap. seq. vid. WIESTNER. in institut. iur. canon. cit. tit. n. 1. An autem hoc præiudicium creditoribus reuera creetur, §. seq. indicabo. Sane si vel maxime hoc præiudicium non sit creditoribus metuendum, constat tamen, quod clerici vt plurimum ex variis aliis causis difficultioris conuentionis sint, & quod præterea canones noluerint asylum præbere pessimis quibuscumque debtoribus. Sed eadem ratio facit, vt etiam ex aliis causis debitores non debeant admitti ad ordines, quia rationes adductæ ad hos quoque quadrant, quod etiam admittit BARBOSA in iur. eccl. lib. I. c. 33. num. 135. eo in casu, si ære alieno grauatus in bonis non habeat, vnde creditoribus satisfacere possit.

r)

ratione fori ius est quæsumum r). Sed eadem ratio suadet, vt etiam forum gestæ administrationis non mutet, si vel maxime in eodem loco clericus fiat s).

§. XX. Imo quia gesta administratio foro gestorem subiit Extra locum cit, vel ex contractu, vel quasi contractu; ideo idem quoque domicilii contrahentes? dicendum est de debitis extra forum domicilii contractis, si solutionem ibidem facere promisit, vel alia de causa ibidem consistere ad aliquod temporis spatium solet t).

§. XXI. Id quod vt evidentius fiat, statim hic subiungentur. Idem si post da est quæstio: an clerici gaudeant fori priuilegiis, si, postquam ordinationem administratio clerici iam sunt facti, administrationem rerum secularium u) nem rerum in se suscepint, vel alibi contraxerint? Equidem si in eo lo- &c. suscipiantur,

CO,

§. XIX. r) Inter pontificios ita censent MUNNOZ, de ESCOBAR, de Forum clericorum ratione, admin. c. 7. n. 25, & ESPEN P. III. iur. eccl. tit. 1. c. 4. §. 26. & 27. administratio qui quidem loquuntur de casu, si pendente clericatu se administrationi ris secularis seculari immiscent, multo magis tamen idem dicendum erit, si, antequam ad ordines admissi fuerint, administratores rerum alienarum fuerint, vt recte censet ZIEGLER, ad Lancell. lib. 1. tit. 25. §. 14.

s) Nam dum administravit, se obligauit ad rationes reddendas sub Ratio foro seculari, in quo eo tempore constitutus fuit, a quo se eximere vix potuit per assumptionem ordinis clericalis.

§. XX. t) l. 21. de O. & A. l. 19. §. 2. de iudic. Veluti si tempore dicta declinationum rerum suarum gratia ibi adesse soleat, quæ ibi adhuc habentur. Absentes enim hodie & inuitos ad forum contractus trahi non amplius posse, colligunt ex c. 1. §. contrahentes X. de foro compet. nisi bona ibi sita habeant, quia sic ad comparisonem compelli possunt. Vnde forsitan est, quod hodie ut plurimum propter quæcunque debita in consistoriis conueniri soleant, cum ita plures difficultates euententur, quæ actor subire debet, si in foro contractus vel quasi eosdem conuenire velit.

§. XXI. u) Equidem negotiations & administrationes rerum secularium clericis esse prohibitas, patet ex tit. de vita & honest. cler. & tit. ne cler. vel monachi secul. negot. se immisceant. Quod pluribus illustratur

G

RENA-



co, quo officio pastorali præsunt, contrahunt, vel administrant, fori priuilegio eos gaudere existim̄o, quoniam in eo loco ab omni alia iurisdictione exempti sunt, & forum contractus, quem in eo loco inierunt, eos non alii foro subiicere potest, quam quod ibi ex priuilegio habent, cui in hoc contraetu se subiecisse existimandi sunt, veluti si mutuam acceperunt pecuniam &c. quia vix aliis adesset casus in ciuilibus, quo fori priuilegio gaudere possent. Ast si alibi x) gesserunt administrationem, si alibi contraxerunt, ibique solutionem facere promiserū, puto eosdem ibidem etiam conueniri posse.

§. XXII.

RENATVS a VALLE in hyparcho de religioso negotiatore, & Dn. GRASS. I^ctus Tubingenis, dissert. de clericor. negotiat. prohibita. Ast plures communiter traduntur limitationes, quas Dn. GRASS. cit. l. c. 5. refert. Quin etiam saepe contra decorem sui ordinis administrationem rerum suscipiunt, vt questio hæc de fori competentia facile emergere queat. Quid? quod Ill. Dn. LYNCKER. decis. 257. existimet, inter protestantes prohibitionem hanc cessare, inquiens: Die Evangelische Pfarrer auch mit negotiis secularibus und honestis commerciis verbindlich wohl umgehen können immassen der clericatus bey ihnen eine solche Beschaffenheit nicht mehr, wie in dem Pabstthum hat. Quod admitti potest, vt ex tali negotiatione obligentur, non vero vt simpliciter hæc illis concessa sit. Conf. HILLIGER. de foro cler. delinqu. §. 3.

Clerici, negotiis secularibus se immiscentes, fori priuilegium amittunt.

x) In Gallia hæc obtinere, docet & defendit ESPEN. P. III. iur. eccl. tit. 1. c. 4. §. 27. sqq. Idem assertit MVNNOZ. ab ESCOBAR. de ratiocin. admin. c. VII. §. 38. sqq. ex ea ratione, quod clerici, mercimonis & secularibus administrationibus sese immiscentes, pro secularibus, quoad illam administrationem habeantur. Quam rationem etiam repetit KLOCK. de contribut. cap. XII. n. 254. Addi huic potest, clericos alibi administrantes, ex quasi vel vero contraetu, se ipso obligasse factō, ad rationes ibidem reddendas, id quod in nostris foris licite fieri potest. Huc etiam quodammodo collineat c. f. X. de vit. & honest. cler. ex quo colligitur, quod clericus, si non abstineruit a negotiationibus secularibus, priuilegiis clericalibus amplius frui non possit. Conf. SPERELLVS decis. for. eccles. 125. n. 7. GONZALEZ. ad cit. c. fin. in f. GARS. MASTRILLVS decis. 159. n. 12. sqq.

§. XXII.

§. XXII. Imo si etiam domi, vbi pastorali officio præsunt, ^{Aut commu-}
 communem cum cæteris ciuibus negotiationem exercent, ^{nem cum co-}
 wenn sie bürgerliche Nahrung treiben, & ex tali negotiatione ^{ciuibus nego-}
 debitores existunt, intuitu eius debiti quoque illos magistratu ^{tiationem ex-}
 oppidano subesse existimare. Quo pertinet, si clerici ædes
 braxatorias possident, & earum intuitu commercium braxato-
 rium exercent, cum eius commercii intuitu magistratu oppi-
 dano quoque subsint y).

§. XXIII. Præterea si domi a magistratu seculari tu- ^{Si ob rationes}
 telam, aliamue administrationem, veluti bonorum absen- ^{reddendas}
 tis, sub cautione, vel sequestrationem accepissent, & eo ^{conveniantur.}
 nomine rationibus reddendis & reliquo soluendo obnoxii
 essent, admodum probabile est, in huiusmodi debito cle-
 ricos nullo fori priuilegio gaudere z); quamvis Dd. hac de-
 quæ-

§. XXII. y) Conf. CARPZ. P. II. c. 6. def. 6. GRASS. cit. dissert. c. V. Illustratur ex-
 p. 39. Nam etiam Profesores, qui negotiationem salinariam exercent, emplo de Pro-
 eius intuitu non gaudent foro academico. Et quid si clerici quæstui fessoribus al-
 metallifodinarum operam darent, an in hoc negotio fruerentur fori pri- ^{lato.}
 uilegio?

§. XXIII. z) Ita censet CORTIADA decif. 10. n. 114. vbi multis aliis, Administra-
 idem defendantes, addidit. In nostris foris, vbi prorogatio clericis non est tionem susci-
 prohibita, hoc eo magis concedi potest, quia ipso facto censentur in ea pientes forum
 causa sese submisisse foro seculari, dum vel tutores a magistratu seculari prorogasse
 volentes constituunt & confirmantur, vel si forsitan absenti cognati bo- ^{censentur.}
 norum administrationem subeunt sub cautione, ipso facto promittunt, se
 in eo foro rationes absenti esse reddituros, cum talem administrationem
 nemo subire possit sine magistratus autoritate. CARPZ. P. II. C. 15. def. 48.
 in f. Vnde si plures essent tutores constituti, inter quos esset clericus,
 & hi a magistratu oppidano confirmati, quod fieri facile potest, omnes
 tutores etiam cum clerico coram magistratu hocce conueniri possent.
 Evidem in omnia alia iuit BERLICH. decif. 273. n. 9. & cum eo HEESER. de
 ration. loc. V. n. 29. qui existimant, ad iudicem ecclesiasticum propter

quaestione admodum litigent a).

Si debitum
euentualiter
solutum, repe-
tatur.

§. XXIV. Ex eadem ratione, si in concursu creditorum, formato coram iudice laico, creditori cuidam clero soluat euentualiter debitum, sub obligatione de restituendo, si forsan contra se indicatum, vel in locum remotiorem collatus fuerit, ut ipsi ex massa communi satisficeri nequeat, dicendum esse existimo, ipsum ab eis, quorum interest, coram magistratu seculari moti conursus conueniri posse, ad repetendum id, quod data magistratui fide solutum est b).

Aut ob factam
immissionem
ad rationes
teneatur.

§. XXV. Nec aliud dicendum esse existimarem, si clericus a iudice laico immisso esset in bona debitoris, de quibus postmodum rationes reddere constringeretur, si vel debitor soluere paratus esset, vel creditores adsint, qui ex iure priori-
tatis

continentiam causæ eundum esse: sed ex falsa hypothesi ita opinantur, quasi hoc iudicium sit nobilior & superius, quod foris nostris applicari nequit, vid. supra §. 9. & 14. ne dicam, clericum ipso facto huic iudicio se submissile.

Neque necesse
est distingue-
re.

a) Quidam enim distinguunt, vtrum talem administrationem suscepit in statu laicali, an post susceptum clericatum. Alii simpliciter fori priuilegium hic locum habere asserunt, quibus accedit Cardinalis de LVCA in theatro verit. & iustit. tom. VIII. de iurisd. disc. 94. n. 4. sq. sed nullam aliam rationem adducit, quam quod in dubio regulæ standum sit, a qua tamen merito recedendum esse, antea declarauit.

Quod in foris
Catholicorum
vix procedit.

§. XXIV. b) Prorsus id non admittit LVCA cit. l. n. 7. quod hic agatur de cogendo clero ad restituendam pecuniam consumtam, quod nihil aliud esset, quam exercere directam & personalem actionem cum ipso clero non subiecto, per viam formalis & integræ conventionis in persona & bonis propriis. Sed regeri potest, pontificios quidem hanc obiectiōnē ferire, qui nullam agnoscunt, admittuntque prorogationem per c. 12. X. de for. compet. nullo tamen modo protestantes, quos nulla iuris ratio excludit a prorogatione, quæ hic ipso facto sit, dum iudici fidem dat de restituendo, & literas reuersales, quibus se adstringit ad restituendum, iudicio seculari offert.

§. XXV.

tatis illa reuocare niterentur, cum hæc rationum redditio sit prioris iudicij sequela, & præterea *ipso facto* se huic iudicio eo ipso, quoad rationes reddendas submisso videatur, dum immissionem ab eo obtinuit c).

§. XXVI. Alios adhuc casus proponit FABER d), quibus clericus debtor coram iudice laico conueniri queat: (1) Si creditor agat ad nudam chirographi recognitionem; (2) si non opposita præscriptione fori se passus est condemnari a iude

G 3

Alia referuntur exempla.

§. XXV. c) Creditorem talem teneri, ad rationes reddendas de Creditor imfructibus perceptis & percipiendis, expediti iuris est. MEVIVS p. III. missus ad rati-
dec. 320. n. 5. Ceterum in ipsa decisione questionis principalis mi-
rifice pro more titubat LVCA cit. l. num. 8. sqq. cuius rationes non
adeo cohærent.

§. XXVI. d) Putat FABER in C. lib. III. tit. 12. def. 7. n. 2. hodie nos eo iure vti, vt ex solo chirographi agnitione vel denegatione in-
ducatur *ius tacite hypothecæ*, & quoad hunc effectum, clericum de-
bitorem citari posse coram iudice laico, vt chirographum recognoscatur,
cum ea interpellatione non id agatur, vt debtor clericus con-
demnetur, sed vt creditor magis cautum sit; *solam autem condemnationem iudiciläico esse prohibitam*. Verum (1) ipse FABER in cit. lib.
VIII. tit. 7. def. 8. latius refelit hunc errorem, docuitque, per talen-
recognitionem non induci hypothecam tacitam, cum nulla lege id
cautum sit: nec (2) praxis, quam allegat, tam certa est, vti iudex huic
sententia in decidendo stare debeat. Vid. B. HARPPRECHT. in trut.
pign. tac. spur. §. 17. quin etiam si (3) certa esset, dubitarem, an hic
actus coram laico fieri posset? Quamuis enim hæc recognitio susci-
piatur non ad effectum *condemnationis*, sed tantum *acquisitionis noui iuris*, petitio tamen principii est, vtrum tantum tunc clerici ad secu-
larem iudicem citari nequeant, si ad eos condemnandos agitur: nam
clericis testes nec ad iudicem laicum euocari possunt, quamuis illis
nulla immineat condemnatio, cum adeo omnem iurisdictionem lai-
cis in clericos denegent, vt nullus actus iurisdictionis in eos susci-
pi queat.

G 3

e) Ita



dice laico ad soluendum e); (3) si tantum ad hoc agitur, ut se declareret, vtrum transactioni stare velit, nec ne f); (4) si iudicio reali victus est, in expensas coram seculari condemnati potest g).

Caput III.

De aliis iuribus clerici debitoris generatim.

S. I.

Ius canon. plura circa debitores clericos constituit.

Quemadmodum ius ciuale determinat personas, quæ se obligare & debitores constituere possunt; ita ius canonicum admodum sollicitum fuit, ut determinaret, quoisque clerici se obligare queant? Et si

2) Si exceptio
fori non op-
posita.

e) Ita censet lib. III. tit. 12. def. 8. quæ conclusio in nostris ecclesiis facile admitti potest, quia prorogationem expressam admittimus, & sic etiam tacita admittenda est: sed in foris catholicorum haec sententia nullum inueniet applausum. Vnde etiam FABER valde restringit hanc sententiam, in primis ad eum casum, de quo probabiliter dubitari posset, an clericus sit nec ne? Nam si exploratum, notoriumque esset, ait, non posset videri taciturnitate ipsius actor deceptus, qui clericum esse non ignorasset.

3) In declara-
tione, an trans-
actioni stare
velint.

f) Hanc quoque conclusionem deducit ex ratione, in nota lit. d) examinata, & quidem cit. l. def. 9. ait, hoc casu non agi ad condemnationem, ergo admittendum esse forum seculare; sed hoc non sufficere iam antea monui.

4) Denique si
in expensas
condemnati.

g) Ita censet cit. l. def. 15. quamuis hoc tantum fiat in consequentiā. Dubium enim vel inde desumi poterat, quod iudex secularis debitorem clericum de nullo debito condemnare possit; sed facile constat, hoc tantum intelligendum de casu, si principaliter de debito conuenit, non si in proposita actionis consequentiā, quam clericus temere suscipit, in expensas condemnetur, quippe quæ exiguntur maxime a fideiisfōre, quem ut plurimum clerici litigantes dare debent.

Cap.

se debitores aliis constituerint, quomodo cum iis procedi debat? Quibus beneficiis gaudeant, si non sint soluendo? quæ omnia & plura alia hoc & seq. capitibus examinanda erunt h).

§. II. Cum vero singularia nonnulla clericis indulgere so-
leant, qui non soluendo existunt, commodius visum fuit, haec ad Debitores
cap. sequens reiicere, & hoc capite illa referre iura, quæ clericis sunt soluendo,
applicari possunt, ut vel maxime soluendo sint. Deinceps cum vel non sol-
debitores variis ex causis constituuntur, etiam ex delicto & quasi
delicto i), hic tamen, vt modo præcedenti cap. I. §. vlt. innui,
non alios intelligo, quam qui tales sunt ex negotio licito, qui et-
iam principaliter vsu fori tales dici solent k).

§. III. Primum vero in eo habent priuilegium, quod que- An (1) clerici
dam debita in eorum persona vim suam & vigorem amit- ex cambio ob-
tant. Nam (1) de debito cambiali dubitant, an clerici quoque ligari possint?
literas cambii aliis dare possint; & si dederint, an inde vali-
de obligentur, vt per modum arresti contra eos procedi que-
at? Sane, qui literas cambii super debito alicui tradit, se obligat
per

Cap. III. §. I. h) Non cœco impetu semper assumenda. Plura Caute in iuri-
iura singularia in clericorum a Dd. coaceruari solent, quæ vt plurimum bus cleri de-
numerum tantum faciunt, sed probari nequeunt. In eo in primis pecca- terminandis
runt antiqui interpretes, quod, cum VIDERENT, clericos esse priuile- procedendum.
giatos, & insigni fauore iuris munitos, vbique iis immunitates concesser-
rint contra iuris rationem, quæ non admittit, vt iura singularia, deficien-
te lege expressa, alicui tribuantur. l. 44. de LL. Exemplo esse poterit
REBVFVS I Ctus antiquissimus, qui in tr. de priuilegiis scholarium nume-
rum priuilegorum, quæ studiosis competunt, mirum in modum adau-
xit, cum tamen pauca admodum sint eorum priuilegia. Nec enim con-
suluit fontes, vnde priuilegia debebant peti, sed sine examine aliorum tra-
dicta excerptis, & in vnum congeserit. Add. supra Cap. I. §. vlt.

§. II. i) per l. 14 sq. de hered. petit.

k) Quod peti scil. & exigetiam ab inuitu potest l. 108. de V. S. er- Clerici obliga-
go etiam in clericis præsupponitur obligatio valida, cuius etiam alii ciues ri possunt.
Capaces sunt, quamdiu non probata fuit exceptio.

§. III.

per indirectum ad carceres, & beneficio *competentiae* & *cessionis* renunciare videtur l); talis autem renunciatio & obligatio clericis interdicta videtur m), ex quo colligi posset, cambia in persona clericorum vigorem suum amittere.

Quod affirma-
tur.

§. IV. Enim uero nec pontificii negant, clericos ex *cambio* se obligare posse n), & quamuis non leue incommodum inde iis immineat, vt consultius sit, eis cambii usum plane interdicere o); nihilominus tamen, vbi talis prohibitio cessat,

ex

Rigor proces-
sus cambialis.

§. III. l) Docet hoc natura processus cambialis, quæ tam amara & stricta est, vt qui statu tempore non soluit, statim post recognitionem carceribus mancipetur. Dn. LUDOVICI in proc. cambiali cap. 14. Præterea in debitis cambialibus beneficium *competentiae* non habere locum, hinc inde statutum est, vt in ordin. camb. Magdeb. art. 38. multo minus vero *cessionis* beneficium in eo locum obtinebit, cum huius commodum in eo consistat, vt carceris squalore quis liberetur, cum tamen obligatio ad carceres reuera insit debitis cambialibus.

Clerici benef. competentiæ
renunciare ne-
queunt.

m) De hac questione grauiter disputant interpretes iuris ecclesiastici, & non obstante, quod regulariter quilibet iuri suo renunciare possit, beneficium tamen competentiæ, quod clericis per c. 3. X. de solutione indulgent, eos renunciare non posse assertuunt, quod fusius ostendit GONZALEZ. ad cit. c. n. 7. De quo infra cap. 4. §. 6. seqq. ex professo agendum.

Cambium non
est negotiatio
clericis prohibita.

§. IV. n) Eius opinionis est LVCA in theatr. verit. & iustit. tom. X. de conflict. leg. obs. 178. quamvis dubia, ante aucta, haud tangat, & tantum illud remoueat dubium, an cambium prohibitam clericis negotiationem contineat. Conf. B. STRYK. de acceptat. literar. cambial. C. II. n. 21.

In Saxonia
clericis usus
cambiorum
prohibitus.

o) Hoc Rex Polonia in rescripto de anno 1711. d. 22. Martii apud KONIGIVM in not. ad ius cambiale Lips. in append. pag. 32. optime obseruauit, rescribens: Demnach uns unser Ober-Consistorium aller unterthänigst zu erkennen gegeben, daß bis anhero unterschiedene geistliche Personen sich unterstanden, Wechsel-Briefe von sich zu stellen, und dadurch verursacht, daß, wenn sie mit der Zahlung nicht inne gehalten,

ex cambio obligantur, & quidem eodem modo ut laici, cum infra ostendendum erit, eos beneficio competentiae renunciare, & se ad carceres obligare posse p). In nonnullis tamen Nisi vbi aliud locis cambia eorum vim simplicis chirographi habent, nec si statutum ne ratione, cum obligatio cambialis in detrimentum ecclesiae cedere possit q).

H

§. V.

halten, gedachtes Ober-Consistorium, auf der creditorum Ansuchen, wider sie nach Wechsel-Recht zu verfahren, Anordnung zu thun, sich gemüfiget befunden, weilen das vormalen den 21. Jul. 1660. ergangene Rescript klare Maasse gebe, daß keiner, er habe Namen, wie er wolle, wenn er sich zum Wechsel-Rechte verbindet, darvon ausgenommen werden solle, sondern solches wider sich gelten lassen müsse, von welcher generalität die clerici nirgend ausgenommen werden. Dadurch aber nicht nur allerhand Aergerniß verursacht, sondern auch denen benachbarten Pfarrern eine Last durch die einstweilige Versehung des Amts aufgeburdet worden, anderer daher entstehenden inconuenienzen zu geschweigen. Allermassen wir nun die diffals geschehene Vorstellung gar erheblich gefunden, und durch Arrestung derer geistlichen Personen, sonderlich derer Pfarrer, an der Seelen-Pflege der anvertrauten Gemeinde, bey Patienten oder andern gleichwinden Fällen, viel verabsäumet werden kan: Also haben wir wohlbedächtig resolut, daß künftig kein Pfarrer, Schulmeister oder Küster, bey Strafe der Suspension, oder auch wohl gar der Remotion, sich unterstehen soll Wechsel-Briefe von sich zu stellen.

p) Adhuc etiam maxime dubium est, an gaudeant beneficio competentie? prout cap. seq. §. 6. seqq. demonstrabo, nec a carceribus semper liberi sunt; etiam in debitis, vt docet BARBOSA ad c. 3. X. de solut. n. 3. sq. quin etiam beneficio cessionis eosdem renunciare posse, infra itidem ostendam.

q) In electoratu Saxoniae hoc obtinet vigore rescripti regii antea ad-
ducti, vbi cautum, vt pena modo relata quidem in clericum, literis cam-
bii se obligantem, statui debeat, hingegen aber der Wechsel-Brief mehr
nicht als Wechsel-Brief gelten solle. Hoc sapienter constitutum esse,
rationes antea ex rescripto excerptae docent; interim, deficiente tali
chirographum.

Quæ ad cam-
bia ante cleri-
catum data
quoque perti-
nent.

An 2) clerici
ex fideiussione
conueniri
queant?

Quod consti-
tutum in fa-
uorem eccl-
esiæ.

Depositus &c.
non gaudet
priuilegiis.

Iure cialli con-
tra clericos fi-
deinsores agi
nequit.

Clericis tri-
buuntur iura
fœminarum.

§. V. Quemadmodum vero tale priuilegium clericis, qua talibus, competit; ita idem iis attribui debet, si ante suscepsum officium sacrum cambiale debitum contraxerint, & terminus soluendi incidat, vbi iam officio sacro funguntur r); non vero si ab officio remoti sunt, vel illud sponte depoluere s).

§. VI. In fideiussione quoque (II) clericis hunc tribuunt honorem, vt ex ea tanquam debitores conueniri non possint; sed ipso iure tuti sint r), ad instar fœminarum u): quo posito

statuto, vigor cambiis etiam quoad clericos manet, nec in iis quid remitti potest, cum iure cambiali regulariter non sint excepti.

§. V. r) Poena quidem suspensionis & remotionis eo casu cessat, quia eo tempore, quo literas cambii dederunt, in legem prohibitiuam non peccarunt; ceterum eadem decisio hic quoque locum habebit: quamuis enim privilegia non sint extendenda de casu ad casum, l. 44. de LL. magis tamen illa in gratiam ecclesiæ, cui præsunt, quam fauorem clericorum introducta videtur, quæ vtroque casu eadem est, vt ita intentio legislatoris ad utrumque casum quoque respexisse videatur.

s) Quippe depositus aut resignans clericus non potest amplius illic gaudere priuilegiis, quæ ei intuitu officii sacri, quod gerit & administrat, indulta sunt, arg. §. I. I. de excus. tut. & curat. ibi; quandiu ad ministrat.

§. VI. t) Id ipsum colligunt interpretes ex nou. CXXIII. c. 6. vbi expresse dicitur, quod contra fideiussores clericos creditoribus nulla sit danda actio, quod etiam repetitum videtur in nou. Leonis 86. ex commun. Dd. sententia, quam tuetur HERING. de fideiuss. cap. VII. n. 239. sqq. BRVNNEM. lib. II. de iur. eccl. c. 15. §. 32. FRANCISCVS NIGER CYRIACVS contr. for. 212. n. 9. sqq. LAVTERB. ad tit. de fideiuss. §. 13.

u) Ita ratiocinatur HARMENOPVLVS in promtuar. lib. III. tit. 6. §. de muliere, vers. nec clericus, ubi contendit, indistincte clericos comparari fœminis in hoc, vt fidetur nequeant, quo ipso SCti totius vigor eis applicandus erit. Alias etiam in pluribus aliis articulis clerici paria cum fœminis iura habent. Sic cum fœminis geradam capiunt iure

Saxo-

posito ex aliis intercessionum speciebus clericos non obligari quoque dicendum est. Nec tantum iure ciuitatis, sed canonico x) quoque idem statutum esse afferunt, praesertim cum inter utrumque ius non sit statuenda differentia, & probabile non sit, iure canonico priuilegia clericorum diminuta fuisse; proinde inter protestantes etiam hoc priuilegium clericis, ex fideiussione debitoribus, denegandum non videtur y).

§. VII. Huic regulae tamen varias limitationes subiungit HERINGVS z), quae fere regulam destruunt: videlicet, (1) si clericus fideiussirerit, & contra eius personam postea nihil exceptum sit, quod tamen IDEM in dubium vocat: (2) si necessitatis & pietatis causa fideiussionem suaserit a): (3) si clericus pro utilitate suæ ecclesiae fideiubeat: (4) si clerici pro se inuicem fideiubeant b): (5) si maior pars capituli licentiam

Affirmant id plures, subiungit exceptionibus.

Saxonico: eodem ritu iurant: in feudis olim non succedebant, & quæ sunt his similia.

x) In can. Apost. 19. quem alii 20. dicunt, legitur: *clericus, qui Vbi clericis fideiussorem dat, deponitur.* Ita c. 29. C. n. qu. 1. inter alias qualitates, deiussiones in- quæ in episcopo desiderantur, hæc quoque ponitur: *ne fideiussor exi- terdite?* stat. In c. 1. X. de fideiuss. hic occurrit canon: *clericus fideiussionibus inseruiens abiiciatur.* Ex quo quidam generalem prohibitionem, alii vero tantum particularem colligunt. Vid. BARBOSA ad cit. c. 1. n. 2. GON- ZALEZ ad d. c. 1. n. 3.

y) Ita putat B. STRYK, in vñ. mod. ad tit. de fideiuss. §. 3.

§. VII. z) cap. 7. de fideiuss. n. 249. seqq.

a) BRVNNEM, cit. l.

b) In c. 2. & 3. X. de fideiuss. referuntur casus, ex quibus apparet, Clerici pro clericos ex fideiussione ad soluendum condemnatos esse, quod ideo factum fuisse ait HERING. cit. l. num. 252. quod clericus pro aliis clericis fideiussirerit. Ergo erga se inuicem opus misericordiae exercere possunt. non prohibentur; bene tamen erga laicos: quæ philosophia ICto & interprete certe indigna est. Sed tamen presidium pro hac sententia

tiam fideiubendi faciat: (6) si in rea suam fideiubeant: (7) excipiendos censem cardinales, archiepiscopos, episcopos, præpositos, decanos, commendatores, canonicos regulares, & milites sacræ militiae, quod hi multum differant a veteribus clericis, insuperque administrationem rerum secularium habeant; imo nonnunquam pro statibus Imperii reputentur.

Ast in genere
hoc statui ne-
quit.

§. VIII. Verum nullam immunitatem clericis ex his, quæ allata sunt, tribui posse arbitror. Nam nouell. 123. cap.

6. non omnem clericorum, sed illam tantum damnat fideiussionem, quæ pro exactiōibus fiscalium functionum, aut conductione publicarum & alienarum possessionum, aut curatiōne domus, aut procuratore litiis suscipitur c); a quo particu-

præterea petunt ex I. 33. §. 2. C. de episc. & cler. vbi clerici conuenti non alios, quam ecclesia propriæ defensores, seu quos œconomos appellant, fideiustores præbere debent, ne, dum executoris pertinax & auara proteruitas extraneos & idoneos fideiussores flagitat, multiplex innoxia paupertati infligatur incommodum. Verba hæc docent, in beneficium singulare hoc clericis datum fuisse, ne forsitan clerici, quibus alii fideiussores desunt, ab aduersariis suis nimium vexentur.

Non vero pro
rebus seculari-
bus.

§. VIII. c) Id docent verba cit. nouell. Sed neque fieri suscep-
rem aut exactiōrem fiscalium functionum, aut conductorem publicarum
aut alienarum possessionum, aut curatorem domus, aut procuratorem litiis,
aut fideiussorem PRO TALIBVS CAVSIS episcoporum &c. fini-
mus. Et in fin. c. 6. aut fideiussores pro MEMORATIS CAVSIS susci-
piantur. Cum enim administratio secularium negotiorum illis inter-
dicta sit, congruum quoque visum fuit Imperatori, fideiussionem il-
lam nullam declarare, quam clerici pro memoratis causis suscipiant, ne
per indirectum ex his causis, ex quibus obligari nequeunt, obligentur.
Cum ergo hic adsit exceptio, regula in contrarium formanda est, quod regulariter clerici ex fideiussionibus obligentur. In nou. LEONIS 86.
sponsones clericis prohibentur, quæ sane fideiussiones non sunt, nec
tamen ibi nullæ dicuntur; quamvis huius, si vel maxime fideiussiones
cleri-

ticulari casu generale argumentum strui nequit d).

§. IX. Nec ius canonicum fideiussiones clericorum prohibuit, quin potius easdem esse obligatorias supponit e). Neque de iure canonico. Et qui in contrarium afferuntur textus, vel spurii sunt, nec annullant fideiussiones f), vel plane de fideiussionibus clericorum non loquuntur g). Vnde multo minus clericos

clericorum annullaret, ratio habenda non esset, cum LEONIS nouellæ vim iuris hodie non habeant.

d) Verumtamen dissentientes se recte philosophari iudicant, ob generalitatem rationis, quæ in nou. 123 cap. 6. reperitur, ut non per hanc entium refractionem & sanctis domibus damnum fiat, & sacra ministeria impedian- tatur. Sed hæc ratio tantum respicit administrationem rerum secularium principaliter ibidem prohibitam, ad quam omnino applicari potest. Alias vero per simplicem fideiussionem nec sacra ministeria impediuntur, nec ecclesiis damnum infertur, quia ita etiam ab aliis contractibus clerici essent excludendi.

§. IX. e) In c. 2. X. de fideiuss. expresse supponitur, clericos fideiussiones coactos fuisse, soluere debitum fideiussionum, quam sen- ricorum non tentiam Pontifex non reuocat, reuocatur sine dubio, si fideiussio est ipso iure eorum nulla fuisset, quod etiam in cap. seq. 3. eod. supponitur. Nec nulla. vlla ratione euinci potest, ideo fideiussioni robur adscriptum fuisse, quod clericus pro clericu intercessisset, quia hæc interpretatio in errore principio se fundat, quasi generatim fideiussio clericorum vinculo iuris omni destituta esset, quod tamen ex iure canonico demon- strari nequit.

f) Canones ipsi Apostolici, vt vocantur, sunt subiectæ fidei, nul- lumque idoneum inde argumentum strui potest: quid? quod in cit. canopes Apo- can. 19. nequidem fideiussio annulletur. Alter textus ex c. 29. C. 11. stolicos & de- qu. 1. desumptus est ex quisquiliis ISIDORI, vt docet BLONDELLVS in Pseu- do Isidorop. 4. nec tamen fideiussiones annullat, sed tantum monet, ne si- deiussor existat. Monita vero non sunt leges annullantes.

g) Huc refer c. 1. X. de fideiuss. vbi ita: clericus fideiussionibus Interpretatio- infer-

Multo minus cos inter Protestantes h) hoc priuilegio gauderi, afferi
inter Prote-
stantes.

§. X.

c.1.X. de appell. *inseruiens abiiciatur*. Ex concilio Cantuariensi desumtus dicitur, vt rubrica indicat, sed, vt plerique interpres iudicant, videtur ipse *ca-*
nnon 19. vel 20. Apostolicus esse, vel si alius est, de clericis fideiubente vix videtur loqui. Adhuc ipsa lectio dubia & anceps est. Alii legunt *fidei-*
iuſſoribus inseruiens; alii *fideiuiſſionibus inseruiens*. Vid. PITHOEVIS in
not. ab b. cap. lit. d. In priori & posteriori significatu sermo esse videtur
de iis clericis, qui fideiuiſſiones procurant, conciliant, & instar proxene-
tarum sunt. Poterant clerici variis sub persuasionibus alicere laicos ad
fideiubendum, si vel pretio a debitoribus corrupti erant, quo ipso ordi-
ni suo turpitudinis quandam inurebant notam, dum fideiuiſſores ab ipsis
inducti, & ad solutionem postea coacti, grauissimas contra istos querelas
gererent. Proxima est huic interpretatio, quam afferit GRANANETTO
in *catena iur. ad cit. cap. 1.* qua censet, eos reprobari clericos, qui princi-
paliter *ſe lucri fideiuiſſores ſe preberent*, & *ſic quaſi fideiuiſſionibus inserui-*
entes, ſeu debitorum proxeneta, quod illicitum clericis & animaduersione
dignum erat. Minus probabilis vero est GONZALEZII *ad cap. alleg. n. 4.*
adducta sententia, qua credit in *cit. can. agi de frequentiore vſu fideiuiſſionum*. Quicquid vero sit, in eo conueniunt, non tradi in *dict. cap. re-*
gulam, ſed exceptionem, vt in nouell 123. c. 6. adeoque inconueniens ad-
modum fuit, regulam ab exceptione petere.

Clerici regu-
lariter a nexu
fideiuiſſionis
non liberan-
tur.

Potissimum
apud prote-
ftantes.

h) Mouet hanc quæſtionem HERING. *cit. c. 7. n. 269.* putatque, clericos, Aug. Conf. addiclos, a clericis Romanæ ecclesiæ ſe iungendos esse, quod ſecularibus negotiis iis non ſit interdictum, & quod alia ſit illorum, ac quidem veterum, conditio; quod etiam admittit Ill. Dn. LYNCKER. *decif. 257.* Conf. RITTERHVSIVS de differ. *iur. ciu.*
& *canon. lib. 7. c. 13.* Vid. ſupra c. 2. §. 21. lit. v) Vt ad rationes HE-
RINGII accedam, non est necesse; ſufficit enim nullam ad eſſe prohibi-
tionem regulariter, quod etiam Catholicos concedere dictum eſt. Ex
quo nec clerum pontificium a nexu fideiuiſſionis in praxi regulariter im-
munem eſſe concludi potest. Imo, ſi vel maxime inter catholicos pra-
xis obtineret diuersa; inde tamen ad praxin Protestantium argumen-
tum

§. X. Denique nonnulli ex dissentientibus confundere Dissidenti-
videntur duas quæstiones: (1) Vtrum clerici sunt fideiussores bus responde-
habiles, an inhabiles? h. e. an ex sua fideiussione obligentur?
(2) Vtrum ybique sint idonei, ita vt creditori, cui cautio est
præstanta, possint idoneam præstare cautionem? quod
quandoque i) negandum. Interim hi in nexus sunt, & firmi-
ter

tum simpliciter trahi non posset, quoniam apud nos nulla lege prohiben-
tur se obligare ex quoconque contractu, & quamvis commercia & negoti-
ationes illis non sint simpliciter concessæ, vt ostendit Dn. GRASS. in
dissert. supra c. 2. §. 21. sit. l. laudata, fideiussio tamen proprie ad *nego-*
cationes referri nequit, quia alioquin ab omnibus aliis contractibus ex-
cluderentur, quod falsum esse experientia docet. Quid? quod si ne- Quod proba-
ginationes exerceant, obligatio tamen inde contracta vigorem suum tur rationibus.
non admittat. Nec vñlam viñm probandi habet ratio STEPHANI ad nou.
123. cap. 6. adducta, qua generatim fideiussiones clericis esse interdi-
ctas contendit, quod, quia clerici diuersis officiis vacare continenter
debeant, *inidonei* fideiussores fiant in diuerso genere occupationis. Nam
(1) non omnis fideiussor inidoneus est statim inhabilis: (2) hæc ratio si
quid roboris haberet, faceret, vt nequidem pecuniam mutuam dare aut
accipere possent: (3) petiti hanc rationem ex nou. 123. c. 6. quæ tamen
tantum dirigitur ad *negotiationem publicam*, quæ non æque cum officio
clericali subsistere potest; ad fideiussiones autem, qua tales, applicari
nequit. Inde quoque patet, limitationes supra ab HERINGIO adductas
vanas esse, & præsupponere prohibitionem legis, quam finxit, non vero
probauit.

§. X. i) Quæstio hæc in primis tunc emergit, quando de iudi- Sunt tamen fi-
cio sisti aut iudicatum solui cauere volunt in foro seculari; annon ab deiussores ini-
adore possint recusari, tanquam inidonei & foro alieno subiecti? donei.
Quod omnino affirmatur, quoniam in genere auctores tales fideiussores
recusare possunt, qui gaudent præscriptione fori. l. 7. pr. D. qui sa- Propter priu-
tis. cog. Neque enim asseri potest, clericum, qui pro laico iudica- legium fori.
tum solui cautionem, in foro seculari, præstitit, eius debiti intuitu in
eodem conueniri posse, quia hac fideiussione sibi non præjudicat in
foro

ter obligantur, licet ob quædam impedimenta creditor non semper satis cautum sit.

¶ Clerici ex
conduktione

§. XI. Similiter (III) clericis interdicta est conductio publica-

rum

Cui inter Pro-
testantes re-
nunciare
possunt.

Non vero
apud Catholi-
cos.

foro: adeo, ut quamvis fideiubeat etiam pro clero coram alio iudice ecclæstico, coram eo conueniri nequeat, sed tantum coram suo competente iudice. SVRDVS consil. 396. GRATIAN. discept. forens. l. 1. c. 8. n. 29. 30. Hoc satis liquidum est ex cit. l. 7. vbi non aliter extraneus fideiussor idoneus esse dicitur, nisi se se declarauerit *se non usurum priuilegio, si conueniatur.* Idem confirmatur in l. 1. D. si quis in ius vocat vbi dicitur, quod fideiussor, qui cauit de iudicio sibi, non tamen suppositus est iurisdictioni illius, qui de causa principali cognoscit, pro non dato haberit debeat, *ni si suo priuilegio specialiter renunciauerit.* Quod si itaque præscriptioni fori renunciauerint, etiam idonei fideiussores dicenderunt, saltem inter protestantes. Nam de iure canonico nequidem cum iuramento forum prorogare possunt, quod non iuri priuatorum, sed publico ita renuncietur, & quod hoc priuilegium non singulis, sed toti ordini datum sit, cui tali renunciatione præjudicaretur. Sed hærationes sunt admodum imbecilles, nec inter protestantes admitti debent. IUSTINIANVS olim in l. 51. C. de episc. & cler. hanc prorogationem omnino admisit, si quis, inquiens, in conscribendo instrumento se se confessus fuerit, non usurum fori præscriptione propter sacerdotii prærogatiuum: *sancimus, non licere ei aduersus suo pacta venire, & contrahentes decipere, cum regula sit iuris antiqui, omnes licentiam habere his,* quæ pro se indulta sunt, renunciare. Pontificis philosophia, huic dispositioni contraria, non concludit, quia fori priuilegium, quod collegiis, & sic singulis de collegio, concessum est, hanc renunciationem non excludit, quod vel ex collegio ministrorum Principis euidenter est. Huic concessum est priuilegium fori, & tamen singulis non est interdictum, priuilegio suo renunciare, præsertim cum hæc renunciatione non vergat in præjudicium totius collegii. Conf. STEPHANI de iurisd. lib. 1. c. 22. n. 35. B. STRYK. de cautel. contr. sect. l. C. 5. §. 19. inf. ZIEGLER ad LANCELOT. lib. III. tit. 1. §. 4. verb. passionibus. LINCK. ad tit. X. de foro compet. §. 3.

§. XI.

rum, aut alienarum possessionum k), quod tamen quidam re-
stringunt ad res seculares, & quatenus negotiationem quan- alienarum
dam quæstuariam continet l). Adeo vero iis interdicta esse possessionum
dicitur, ut nequidem inde tanquam debitores conueniri que- obligari ne-
ant, sed locatores repellantur a limine iudicij m).

§. XII.

§. XI. k) Per nou. 123. C. 6. ibi: *conductores publicarum aut alienarum possessionum, & in fin. dict. c. cum etiam conductionem teloniorum aut cuiuslibet possessionis &c.*

l) Ita existimat PEREZ in Cod. tit. loc. cond. num. 6. his verbis: qui- Clerici ob con-
bus tamen ea sola rerum conducio probibetur, quæ ad negotiationem perti- ductionem
nent, non quæ ad subsidia vita est necessaria. Similiter LAUTERBACH, ad possessionum
tit. locati §. 6. restringit hanc prohibitionem ad *conductionem rerum se- secularium in- crepati.*

Vtrum vero hæc interpretatio menti Imperatoris conueniens sit, subdu-
bito. Quarumlibet possessionum & sic etiam ecclesiasticarum rerum
conducio clericis his verbis prohibetur, cum eo tempore inualuerit, ut
Episcopi res ecclesiasticas, aliasque possessiones conducerent, quod pa-
tribus rigidioribus offendiculo fuit. CHRYSOSTOMVS homil. LXXXVI. in
Matt. XXVII. pag. 893. edit. Paris. hunc morem sequentibus reprobat
verbis: *Modo autem in procuratores, dispensatores, caupones redacti epi- scopi sunt ob istarum rerum curam & sollicitudinem, cumque ipsos oporteat animarum babere curam vestrarum, hoc prætermisso, illa sollicite curare, quæ publicanis, questoribus atque villicis curanda sunt, de his quotidie cogi- tant & peruvigilant.* Subiungit in sequentibus, quæ officia loco villarum & domorum presbyteris curæ esse debeant, simulque conqueritur de lati- ecclesiistarum possessionibus, quæ his villificationibus clericos immergerent. Athunc morem clericorum refrenandum constituisse videtur IVSTINIA-
NVS, ne possessionum quarumcunque conductionem susciperent.

m) Indicant hoc verba nou. cit. 123. c. 6. f. vbi dispositum, ut con- Locatores ve-
ductionem teloniorum aut cuiuslibet possessionis eis credentes nullam CON- ro nullam.
TRA ILLAS PERSONAS, QVIBVS CREDIDERINT, habeant actio-
nem. Ex quibus liquet, quod clerici ex conductione debitoris plane non
obligentur.

I

§. XII.

*Quod hodie
fecus.*

§. XII. Quamuis vero negari nequeat, conductiones fundorum, maxime magnorum redditum, non adeo congruere cum vita & officio clericorum, utpote quibus a munere suo sapissime auocantur, dubito tamen, an haec IUSTINIANI prohibitio in eo rigore hodie recepta sit, vt, si clerici de facto conductionem villarum latissimarum susceperint, inde haud obligentur locatoribus, maxime ad pensionem præteriorum iam annorum solvendam n). Alia forsitan quæstio est, an clerici con-

duncto-

*Eriam ob pen-
sionem anno-
rum præteri-
torum.*

§. XII. n) Harum quoque nomine IUSTINIANVM actionem dene-
sionem, docent verb cit. nouel. 123. c. 6. vbi dicitur, quod qui conductionem crediderint clericis, si quod publico damnum contingat, hoc ex pro-
priis facultatibus restituere compellantur. Quibus verbis illud potissimum intelligi videtur damnum, quod ex residuis pensionibus, quarum nomine in poenam creditoribus denegatur actio, publico quandoque euenire potest. Hunc rigorem hodie cessare statuit GROENEWEGEN ad cit. nouel. quod modernorum clericorum sit diuersa conditio. Si-
milis ratio est militum, quibus itidem in l. 31. C. locat. cond. interdicta est locatio prædiorum, qua proibitio tamen hodie cessat, obseruante HAHNIO ad Wesenbec. tit. locati n. 2. ob diuersum nostrorum militum statutum. Quamuis vero adhuc hodie etiam expedit, clericos sacro potius officio, quam conductionibus prædiorum inuigilare, tam stricte tamen a negotiationibus, commerciisque haud arcentur, ut locatori omnis denegari debeat actio, praesertim cum ius canonicum in tales negotiatorum poenam variam ecclesiasticam statuerit, dicente Dn. GRASS. cit. dis-
sert. in f. non vero locatoribus actionem denegauerit, prout IUSTI-

Cam iura cleri NIANVS disposuit. Imo iura clericorum magis ex iure canonico, & ex ordin. ec-
ordinat. ecclesiasticis, quam iure Iustinianeo in praxi colligimus, ut pro-
eles petenda; Et iure canoni-
co, vbi locato-
ribus actio non denega-
tur. Sed conducto-
ribus tantam

ordinat. ecclesiasticis, quam iure Iustinianeo in praxi colligimus, ut pro-
inde eo minus ad nou. 123. c. 6. respiciendum esse videatur. In iure canonico autem conductiones prædiorum prohibentur clericis, sed non denegatur actio locatoribus ratione pensionum residuarum. Simplex prohibitio occurrit in c. 1. 2. Distinct. 88. c. 3. C. XXI. qu. 3. Ita quo-
que in concil. Arelat. n. c. 14. non locatoribus, sed conductoribus cle-
ricis poena dictatur: si quis clericus pecuniam dederit ad usuram, aut

*Quod hodie
tam stricte
non obserua-
tur.*

6018

ductores huiusmodi fundorum, si in plures annos contractum prorogauerint, locationi huic stare, & nisi steterint, ad interest locatoribus teneantur? quod vix ausim affirmare, cum locatori imputandum sit, quod clero tam amplissimas possessiones locauerit o). Imo si locator omni culpa vacaret, ut pote si clericus conductori, qui in octo annos praedium ins-

gne

conductor aliena rei esse voluerit, aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiatio-
natis exercuerit, depositus a clero a commanione habeatur alienus. Si-
pœna diſte-
militer in c. 6. ne cler. vel monach. sicut negot. se immisceant. simpliciter
tur.
clericis prohibentur a laicis firmas habere h. e. sub anno censu vel pen-
sione praedia conducta habere, sed locatori ius suum iam quæsitum non
denegatur. Durum enim admodum est, denegare locatoribus actionem
ratione residuarum pensionum, cum clericis potissimum delinquant,
quod praedia aliena contra canones conducant, ne dicam, non absolute
hodie clericos negotiationibus honestis intercludi, obseruante LYN-
CKERO decif. 257. Conf. supra, cap. II, §. 21. lit. v. in not.

o) Non loquor de conductionibus praediiorum, quæ non adeo
magnam curam exigunt, quale lucrum nec clericis inuidendum: neque Clerici medi-
enim talis res agraria cum statu clericali pugnat, multominus negotia-
torem innoluit. Colunt hodie clerici fundos parochiales, qui loco salarii possunt.
Clerici medie-
ores fundos
conducere
ipsis assignantur, & ita cultura agrorum non simpliciter abhorret a vita
clericorum. Diuersa est ratio, si conducunt praedia amplissima magnorum Ab ampliori
redituum, id quo d non potest non eos ab officio, cui praefecti sunt, au- conductione
care, & omnino etiam a clericis nostris alienum esse debet. Accedit vero absol-
hæc conductio proprius ad conductiones quæstuarias, clericis iuntur.
nostris prohibitas, adeoque, meo quidem iudicio, Consistorio integrum
erit, tales contractum rescindere, etiam ex officio, vel si ipse conductor
ad mentem redeat, eam a contractu absoluere, ut prohibitio iuris eccle-
siastici eo pleniores habeat effectum, quod falsus ecclesiæ, quæ suprema
lex esse debet, postulat. Quod si locator eo ipso damnum aliquod sen-
tit, gratis illud ei deuorandum est, cum non debuisset talia prædia cleri- Nec locatori
co locare. In contractibus enim obtinet regula, quod qui cum aliquo con- intereste pre-
trahit, non debeat esse ignorans conditionis eius, cum quo contrahit. l. 19. D. de
Iure.

gne conduxerat, succedit, æquum tamen est, & rationi iuris p) ecclesiastici conforme, vt ab illa conductione liberetur.

4) An inventario non con-
festo, vltra vi-
res hereditatis beneficio inuentarii adeant, non tamen vltra vires hereditatis teneantur?

§. XIII. Quidam (IV) hoc quoque priuilegium clericis debitoribus indulgent, quod si vel maxime hereditatem absque teneantur, tum quod in lege generaliter disponente non comprehendantur clerici, eorumque bona q); tum quod expediatur, vt clerici in omnibus beneficio exemptionis ac libertatis fruantur, & in dubio pro illa respondendum sit r). Verum quamvis immunitas clericis debitoribus nullo modo inuidenda, sed magis defendenda sit, nullibi tamen ab hac necessitate exempti sunt, nequidem ipsa ecclesia heres instituta s): præser-

tim iureiur. & cum ita & locator & conductor in æquali culpa sint, culpa cum culpa compensari debet, vt locator interesse petere non possit, præsertim cum iudiciali sententia vterque a locatione absoluatur.

Clericus suc-
cedens condu-
ctioni stare
non tenetur.

p) Etiam hic applicari potest vulgatum illud: *salus ecclesia suprema lex esto*; quippe non leue ecclesia acciperet damnum, si heres clericus stare teneretur conductioni a defuncto contractæ. Accedit, quod *lege* ab hoc contrâtu absoluatur, qui quamvis in heredes transeat, tales tamen presupponit, qui salvo statu suo ex legum permissione illos continuare possunt, quod de conductione magnorum prædiorum, v. c. præfecturarum, dici non potest.

§. XIII. q) Hoc late defendit GERMAN. de sacror. immunit. lib. III.
cap. 15. n. 100. sqq.

r) Vt philosophatur ALEXANDER SPERELLVS decis. for. eccles. 135.
num. 122.

Ecclesia an-
gaudeat priu-
legio fisci?

s) Reste ita censem relati a TIRAQVELLO de priuil. piar. caus. priu 88. & quamvis SPERELLVS cir. l. num. 20. contrarium inde defendat, quod ecclesia gaudeat priuilegio fisci; id tamen tantum in quibusdam, neutquam vero generaliter, admitti potest, cum priuilegia de casu ad casum non sint extendenda, & nequidem ipse fiscus quoad beneficium inuentarii priuilegia peculiari gaudeat, vt vel ex l. 2. Cod. Theod. de bon. vacant. liquet, quæ in codice Iustin. nullibi abrogata est, & præterea fiscus in du-
bio iure priuatorum gaudet.

tim cum clericis etiam iure communi in bonis patrimonialibus ligentur, nec ulterius eorum immunitas extendi debeat, quam quatenus haec per legem eis est indulta & determinata t).

§. XIV. Ulterius (V) non defunt, qui clericis debitoribus hanc tribuunt prærogatiuam, ut libri mercatorum, qui libri mercatorum ex consuetudine vel constitutione prouinciali semiplena contra illos semiplene praon fides tribuitur u), non probent contra clericos, quod va- riis argumentis defendit FRANCISCVS NIGER CYPRIACVS x). Sed vel ex ipso iure canonico haec sententia refelli potest y), Affirmatur. &

t) Hanc sententiam ipse SPERELLVS l. cit. n. 21. recepit, ex hac ratio- Sperellus sibi ne, quod clerici in hac causa non reperiantur specialiter priuilegiati; ve- ipsi contra- rum si rationes eius, quas per tot. decisionem pro immunitate clericorum rius. adducit, accurato ponderentur examine, vix est, vt in hac sententia sub- sistere queat, quam tamen tot alii ab eo allegati defendunt, ni summam velit contradictionem committere. Inter Protestantes haec res eo mi- nus dubia esse potest, quod specificatio iurata in plerisque locis furroge- tur solenni inuentario, & inde sufficiat, si vel hanc edere queat. Vid. in- fra cap. IV. §. 20. in not. num. 7.

§. XIV. u) Quod late ostendit Dn. KLEIN. *dissert. de probat. semi- plena, qua sit per libros mercat.*

x) In controveſ. ſunt 140. cuius fundamenta haec : (1) quod nulla sit Cur libris secularis potestatis iurisdictio in personas ecclesiasticas, adeoque illius mercatorum dispositio non valeat, quatenus clericos quoque stringere debeat: (2) nulla contra quod ita cogerentur iudices ecclesiastici iudicare secundum leges se- clericos adhi- lares, quod non licet: quin potius (3) eaſae clericorum decidi debeat iure canonico, maxime in foro ecclesiastico; adeo vt nec consuetudo lo- ci attendi debeat: cum (4) leges de effectu probationum disponentes, tantum stringant subditos, quorum numero exempti sunt clerici: (5) quod denique ALEXANDER vol. II. conf. 211. n. 5. & MASCARDVS ſub voce statuta. CAPRA. concl. 15. n. 61. & 66. aliique hanc sententiam teneant.

y) Pontifex in cap. 9. X. de fid. instrum. in f. euidenter ostendit, Scriptura ex quod scripturis etiam fides aliqua conciliari possit, ex consuetudine pa. confuetudine probant. tria, & quod illa etiam contra clericos valeat.

& præterea omnes eius rationes petunt, id quod erat quæstionis, & principium, quare ab ipsis Dd. ecclesiæ Romanæ non admittuntur z).

a) An exce-
ptio non nu-
merata pecu-
nia illis per-
petuo compe-
rat?

§. XV. Simili ex errore (VI) indulgent Dd. a) clericis debitoribus hanc prærogatiuam, vt exceptionem non numerata pecunia possint in perpetuum opponere b), si vel maxime

Clerici qua ci-
ues legibus
Principum te-
nentur.

z) Equidem de clericis Protestantium nullum supereft dubium, quin legibus Principum teneantur, cum eorum sint subditi, & secundum leges eorum, quæ in clericorum personam quadrant, iudicari debeat: sed tamen, vt etiam CYRIACO satisfiat, falsa eius supposita paucis examinanda sunt. Omnia illius argumenta huc præcipue redeunt, quod clerici in omnibus a potestate exempti sint seculari. Ast hæc merito negat PETRVS de MARCA lib. II. de Conc. S. & I.c. 7. vbi ita §. 1. ratiocinatur: aut de Titio mouetur quæstio sub ea ratione, qua clericus est, aut sub ea, qua inter ciues recensetur. Si de clericorum gradibus, ordinibus, muneribus &c. eas disceptationes legibus Principum non subiacere putat, & illustrat, quod secundum principia, quibus imbutus fuic, adstruere debuit. Enim vero, pergit §. 8. quia clerici non tantum qua clerici, sed etiam qua ciues sunt, spectantur in republica, legibus principum tenentur, quam sententiam etiam hodie saniores Catholici amplectuntur. Sane in debitiss. vt laici, vt ciues, considerantur & ita cum reliquis ciuibus æquali iure frui debent. Add. supra cap. I. §. 9. & in not. lit. v)

§. XV. a) Inter hos præcipiuus est BLASIVS ALTIMARVS de nullit. sentent. part. 1. qu. 156. n. 7. sqq.

Ius Canoni-
cum leges ci-
uiles presup-
ponit.

b) De eo casu, si clericus debitor coram iudice ecclesiastico conuenitur, minus dubitat ALTIMARVS, ex hac forsan ratione, quod iudicia ecclesiastica non ligentur legibus secularibus. Et tamen ipsi Pontifices in suis decretalibus vbiq; prouocant ad ius commune, decisiones suas inde petunt, leges ciuiles allegant, controversias glossatorum, quanvis infelici plerumque conatu, decidunt, & vt binis verbis dicam, ius Romanum ipso facto approbant, agnoscuntque: quod si verum est, vt omnino est, reliqua iudicia ecclesiastica inferiora, in cau-

sis clericorum ciuilibus eodem iure vti tenentur. Ipse Pontifex in c. 8. X. de fid. instrum. notanter ait: *Autoritate presentium duximus statuendum, ut cum decretalis aliqua, de qua iudex merito dubitet, allegatur. si eadem IVRI COMMVN'I sit consona, secundum eam non metuat iudicare, cum non tam ipsius, quam iuris communis autoritate procedere videatur. Verum si IVRI COMMVNI sit dissona, secundum ipsam non iudicet, sed superiorem consulat super ea.* Quin quod multis aliis locis Pontifex constitutus, vt secundum legum vel canonum statuta negotia clericorum sint decidenda, c. 1. X. de nou. oper. nunciat. quia ecclesia legum ciuilium non respuit famularum c. 28. de priuile. Cum ergo hoc exceptio iuris communis sit, non dubium est, quin etiam ipsi etiam contra Pontificium eam contra clericos, nullibi exceptos, admittere teneantur. Illud tantummodo superest dubium, an iure canonico circa hanc exceptionem muratum sit ius ciuale? quod affirmat Dn. ZOLL. tr. de exceptione non numerata pecunia ius ciuale mutatum?

Et ius ciuale
clericos vale
An in exce-
ptione non
numerata pe-
cunia ius ciui-
le mutatum?

Fundamentum mutationis unicum pertinet ex c. fin. X. de prescript. quod nulla prescriptio sine bona fide procedat, qua tamen in creditore clero, hac exceptione vrente, deficere videtur, praesertim si debitor ostendere queat, sibi pecuniam non esse numeratam. Id quod si verum est, etiam inter Protestantes, & quibuscumque foris hoc obseruandum erit, quia iuxta c. f. cit. prescriptiones hodie ordinantur, quo ipso tamen clericorum debitores nullo priuilegio amplius gaudent, quia eodem quoque iure videntur laici debitores. Cardo controvergiae vnicae in eo consistit, vtrum decisio c. f. X. de prescriptione etiam pertineat ad actiones personales, illas scil., quibus quis non rem alienam acquirere satagit, sed de suo tantum debet? quod plurimi affirmant, plurimi negant, quos cateruatum in aciem produxit Dn. MENKE disp. au requiratur bona fides in prescript. act. personal. th. 18. lit. a. Ego negantium opinionem negatur.

Quod negatur.
ni subscribo, cum textus cit. euidenter loquatur de prescriptione,
qua possessione rerum innititur, cum quo etiam alii textus iuris canonici conueniunt, vt cap. 4. 17. 19. in f. X. de prescript. c. 1. eod. in c. 15. & 16. C. XVI. qu. 3. In c. 2. de reg. iur. in 6. dicitur, possessor m. f. vlo tempore non prescribit, quia possessor sciens, se rem alienam possidere, quam sibi retinere intendit, non potest non in peccato

xime per modum reconventionis in foro seculari responde-re cogantur c); & ut in genere possint opponere contra leges & statuta

to hærere; quod secus est in creditore, qui ante interpellationem non est in mora soluendi, adeoque si debitor ipsum non interpellat, si non pet-
tit debitum, creditor in m. f. dici nequit, quod pluribus ostendunt Dn.
MENCKE cit. l. Dn. COCC EI diff. de finib. b. f. in prescript. de iur. ca-
non. sect. 2. aliisque. Similis est ratio huius exceptionis, cui biennium
præsinitum est, intra quod si debitor pecuniam non petit, iure suo ca-
dit: reuera enim debitor hoc casu est instar *creditoris*, qui ab altero
pecuniam, ex causa mutui promissam, secundum chirographum pte-
re potest; alter autem, qui pecuniam soluere debet, nihil alieni possi-
det, sed *de suo* aliquid debet, de quo casu ius canonicum non disponit.
De cetero, si praxi canonica hodiernam intueor, hæc sententia,
quam haec tenus adstruxi, non adeo præjudicabit clericu debitori, qui
si vel maxime ob præscriptionem hanc biennalem exceptione hac præ-
cluditur, & soluere forsitan cogitur: facili tamen negotio pecuniam vel

Supereft vero denunciatio euangelica, quod licet Protestantes agnoscere non pos-
sint, in foris tamen Catholicorum vstatum est, nec deerunt rationes,

quibus hoc modo fructu victoriae suæ carere creditor cogatur, ma-
xime quia cum clericu debitore ipsi res est, cuius iura vel patrimo-
nium qui laedit, quasi sacrilegium committere dicitur, autore SPEREL-
LO decif. n. 94. cum ipse dicatur *res spiritualis* & in forte Dei electus,
vt IDEM decif. 123. n. 9. cum LEVRENIO de for. benef. p. iii. qu. 176.
n. 2. censer, ex quibus patet, quod quæcumque demum sententia eli-
gatur, clericu tamen debitores in foris Pontificiorum semper sint su-
periores.

Clerici ad ma-
terialia pro-
cessus in foro
civili obligan-
tur.

c) De eo magis dubitatum fuit inter canonistas, cum animad-
uerterent, clericos per modum reconventionis ad forum seculare
tractos, non posse fori illius leges declinare. ALTIMARVS cit. l. rem
acu tetigisse existimans, distinxit inter ordinatoria litis & decisoria,
vel clarius inter formalia processus, & materialia seu merita cause.
Illis quidem subiectos esse clericos concessit, nec negare potuit,
cum aperti juris sit, quemlibet litigatorem se componere debere ad
ordi-

statuta locorum d); adeo ut si per legem provincialem exceptio nullitatis breuiori termino esset inclusa, illud clericis debitoribus non praejudicaret, quin possint intra 30. annos hanc exce-

ordinem & fatalia processus, in eo foro, vbi lis agitur, visitata, quod etiam SPERELLVS de for. eccles. 10. n. 22. agnoscit. His vero solutos esse clericos arbitratur, & quidem generaliter, adeo ut nequidem ius communis iis applicari queat, quod tamen falsissimum esse, ex ipso iure canonico antea demonstratum fuit. Nec mutandam esse sententiam existimo, si Etiam illa vel maxime constitutiones speciales Principum supponamus, cum etiam per constitutions speciales introducta.

His ligentur clerici, qua subditi & ciues, in causis secularibus, vt MARCA fatetur, & sanores Pontificii cum ipso, quod & GRATIANVS agnouisse videtur adducendo textus, qui huic sententiae fauent in c. 41. 45. C. 11. qu. 1. c. 9. & 15. Dist. 63. Iam suo tempore contra hanc exemptionem clericorum scripsit PETRVS de FERRARIIS, qui anno 1400. vixit, in praef. papin. in form. libell. pro act. confess. §. plenam & omnimodam. In tantum, aiens, excrevit appetitus iurisdictionum, quod nedum laici, sed & sacerdotes & clerici sine tali morbo a vitio penitus infecti: Vides enim, quod ipse Papa, qui deberet, tanquam verus vicarius vestigia sequi Iesu Christi, possidere & armata manu detinere nititur iurisdictionem in terris, ciuitatibus, & villis, & locis, que sunt naturaliter & a mundi creatione & Christi ordinatione Imperii Romani. Imo ipse Papa in ipso Imperatore nititur superioritatem habere, quod ridiculum est dicero, atque abominabile audire. Loquor de constitutionibus provincialibus, quibus Cum his clericis etiam clerici in causis ciuilibus, tanquam subditi Principum, tam catholici etiam licorum, quam protestantium, subsunt. Alia forsitan est ratio statutorum gentur?

oppidanorum, quae tantum stringunt ciues illius loci, non alios, vt ministros Principum, clericos &c. etiam inter Protestantes, quia non subsunt iurisdictioni statuentium, KLOCK. de contrib. C. 12. n. 90. ROSENTHAL. de feud. c. 7. concl. 47. n. 4. Adeoque potius secundum ins provincialie diuidicandi, veluti si statutum circa successionem deniare iure provinciali. Conf. Dn. LYNCKER. de statut. ciuit. provincial. §. 16. p. 46.

d) ALTIMARVS cit. l. n. 9. ex principio antea reprobato, quod tamen fruolum est.

K

e) Idem

Quod negatur, in primis inter protestantes.

7) An sub obstagio clerici debitores se obligare queant?

Altimarus sibi contradicit.

Consistoria leges civiles debent sequi.

Obstagii definitio.

Quomodo differat a datione obsidis? Origo obstagii.

exceptionem adhuc opponere e). Quæ omnia tamen ex arte dictis facilis negotio dilui possunt, nec de his inter protestantes ullum superest dubium f).

§. XVI. Forsan etiam (VII) in eo clericis debitoribus prærogativa concedenda, vt quando se sub obstagio g) ad debitum soluendum obligarint, quale pactum adhuc hodie in

Holsa-

e) Idem ALTIMARVS cit. l. n. 10. hanc conclusionem propugnat, sed parum cautus est dicendo, quod ita tollantur, quæ iuris communis sunt, quo ipso concedit, clericos subesse iuri communi, quod antea incaute in questione de exceptione non numerata pecunia negauerat.

f) Nam Consistoria nostra dependent a Principe, eius leges sequuntur, nec alia iura clericis in causis ciuilibus applicanda esse sciunt, quam quæ laicos stringunt. Vnde moto concursu clerici pari iure cum laicis fruuntur, quod praxis quotidiana docet. Add. supra c. II. §. 14.

§. XVI. g) Germanice vocatur das Einlager, estque nihil aliud, quam pactum moribus introductum, quo debitor promittit, si ad tempus constitutum non soluat, de se in certo loco sustendo, & inde non recedendo, donec conventioni satisfactum fuerit. TABOR. de obstagio c. u. in f. Est itaque pactum obstagii instar obligationis, qua quis semetipsum ob sidem constituit, notante CANGIO in glossar. voce obstagium, cum obstagius in antiquis monumentis ob sidem denotet, vt nec difficitur SCHILTER. de iure ob sidum, cap. XI. §. 2. Reperta est hæc ratio se obligandi sub obstagio temporibus imperii turbidis, quibus quilibet sibi manu ius dicebat, & liberi homines se obstringebant, vt utr verbis SCHILTERI cit. loc. §. 3. non tantum pro se, sed & pro aliis, ad certum locum, & quidem in diuersorum publicum statu die se sistere, nec prius recedere, quam esset solutum, cui rei sua quedam solennita adiecta. Sed & hæc ritu magis militari, vel potius barbaro, vt necesse esset magnos fieri sumitus, & obstagianti ad commissiones & continua belluationes pacto obligarentur, & obstagianti in obstagio decedentes sepultura tamdiu priuarentur, donec solutum. Formulas antiquas obstagiorum IDEM adducit cit. l. in not. n. 6. Aliam consimilem habet SCHATEN. lib. XI.

annal.

annual. Paderbornens. ad ann. 1230. vbi fideiussores ita cauerunt: Item Et formulæ prænotato Abbat. XII. dedimus fideiussores subro atos, qui fide data pro miserunt, quod si aliquis hominum nostrorum ipsum vel homines suos ad summam 20. marcarum vel infra laserit, hoc commoniti infra 4. septimanas faciemus emendari, alioquin fideiussores nostri facta sibi commonitione Mersberg intrabunt, inde ante satisfactionem non exituri. Et de ann. 1247. talēm habet: quo si eadem compositio fuerit violata, nisi hoc infra mensam emendetur; ipsi moniti infra mensam susatum intrabunt, inde non recessuri, donec de violatione fuerit satisfactum. Antiquis adhuc exemplum occurrit apud MADERVM in antiquiss. Brunsfiscens. p. 125. vbi verba diplomatis hæc sunt: Hec est forma conuentio Diploma de nis inter Dom. Ottonem inuictiss. Imper. & Theodoricu Marchionem anno 1212. ad Misjenensem & Orientis. Prædictus Marchio Misnia fide data promisit ducitur. & iurauit, quod Domino Imperatori adiūset, & eum iuuabit, contra Papam Innocentium, contra Odagrium Regem Bohemiae, & Hermannum Landgrauum Thuringie, & generaliter contra omnem hominem viuentem, & quod nunquam eum deseret. Ut autem hæc conuentio firmius obseruetur, pro eo & cum ipso & de sua voluntate & mandato, similiter data fide promiserunt, iurauerunt nobiles & homines sui Geuerhardus de Quernuorde Comes, Burchardus de Mannifelt Comes, & alii nobiles infidati ac ministeriales XXIV, quod, si aliquo modo, quod absit, Marchio Misnia secundum quod promissum est, iuratum est, non obseruaret, omnes intrabunt Brunsvik, & inde nunquam recedent sine Domini Imperatoris licentia & voluntate. Insuper ad maiorem securitatem prædictæ conuentiæ obseruandæ filios Ministerialium suorum tredecim Marchio Misnia Domino Imperatori pro obſidibus dabit, scil. filium Geuerhardi de Zigebecke &c. & paucis interiedis: Ex alia parte Dominus Imperator Otto promisit fide data Theodor. Marchioni, quod sibi bonus & propius Dominus abbinc in antea erit, & quod ei adiūset contra omnem hominem, & numquam eum deseret &c. Et hoc pro eo & de eius voluntate & mandato promiserunt data fide iurauerunt, frater eius Henricus Palatinus Comes Rheni & Dapifer, & alii VIII. si forte, quod absit, ex parte Imperatoris non obseruaret conuenientia, omnes isti, qui iuraverunt, ciuitatem Misniam intrabunt, nec inde recedent sine licentia Marchionis, excepto solo Dapifero, qui in hoc casu Goslariam intrabit, inde nunquam recessurus, sine voluntate & licentia Marchionis. Atsum

Holsatia toleratur h), rigor eius contra hos sit suspendendus, & ita effetu careat, cum obstagia sint similia carceribus, a quibus clerici debitores sunt liberi i): adeo ut nequidem iis integrum

Alia formu-
la.

apud Franckenfort. A. MCCXII. Formulam aliam ex actis Brunsuicibus adducit TABOR cit. l. v. in f. Es soll auch dem creditori frey stehen, da er vermeinte seine Zahlung dadurch zu erzwingen, uns Bürger in die Einleistung zu fordern, alsdenn wollen wir selbst schuldige Bärigen, so bald wir dessen angemahnet werden, uns darauf von Stund an uns gefäumet nach der ersten Annahmung, ohn einige Ausflucht und Beheiff, ein jeder selbst Leibs mit zweyen reisigen Pferden, und einem reisigen Knechte allhier in der Stadt Minden, in eine öffentliche, und ehrliche, gemeine Herberge, dahin wir gesodert oder geweiset werden, zur Leistung begeben und einstellen, leisten und halten, daselbst ein recht adeliches ehrliches Einlager, so lieb uns unsere adeliche Ehre, Glimpf und Leumuth ist, scheiden oder weichen da nicht aus, Tages oder Nachtes, es seyn denn die Gebrechen oder Mängel, darum wir zum Einlager kommen, zu vorhin durch genugsame und vollkommene Bezahlung, Hauptsumma und Zinsen ganz und gar abgethan. Add. FALCKNER. diff. de obstagio cap. VII.

h) Ipsam constitutionem Holsaticam explicat TABOR cit. l. c. 4. sqq. Alias tam per Rec. Imp. de anno 1577. quam per speciales constitutiones Imperii hoc ius sublatum esse, exploratum est, nec sine ratione, cum ius hoc manuale, turbidis temporibus natum, statui reip. non satis accommodatum sit, ut mirandum certe sit, fuisse, qui illud iuri communni non refragari existimauerint, quos refellit SCHILTER cit. l.

i) Obligationem sub obstagio respondere obligationi ad arrestum, vel carcere, plerique fatentur, cum obsidum ea sit conditio & ratio, ut eorum detentio corporalis in aliud transferatur. Ita opinatur GAIL. l. 2. de pac. publ. c. 2. n. 7. & n. 11. FABER. in C. lib. 8. tit. 6. def. 7. CARPZ. p. 2. C. 21. def. 1. n. 7. TABOR. cit. l. c. 6. §. 8. STRAVCH. de obstagio, & affinibus iuribus cap. vlt. Ulterius procedit SCHILTER. cit. l. & quasi ius pignoris in obstagiatum transferri putat. Hoc euidens est, debitorum se sistere teneri in loco certo, vnde recedere nequeat, antequam soluerit, id quod a personali arresto parum differt. Inde ratio dubitan-

Obstagio affi-
nis est obli-
ratio ad car-
ceres.

grum esse videatur ad eos se obligare k). Verum, quanquam Affirmatur,
plures rationes suadent, tale priuilegium concedendum esse vbi obstagia
clericis debitoribus l), erubescimus tamen merito sine expressa
lege hanc immunitatem iis concedere, cum tamdiu regulæ insi-
stendum sit, donec exceptio probetur, nec priuilegia fingenda,
sed demonstranda. Accedit, quod nullibi clerici prohibeantur,
Sub obstagio se obligare, adeoque pactum hoc illos etiam strin-
gere debeat, m.)

§. XVII.

di prægnans contra obstagia clericorum, quamvis maior inde redundet
dubitatio, an se ad carceres obligare queant? de quo in *not. seq.*

k) Obligationem *ad carceres* plane non admittit BACHOV. *ad Treutl.* An illa ad-
vol. u. disp. 28. tb. 4. lit. f. Eam vero defendit MYNSINGER centur. VI. mitti queat?
obst. 51. cuius sententiam quoque recepit B. STRYK. *de eaut. contr. sect. n.*
c. 1. §. 39. neque enim vlla potest ostendi turpitudo moralis, quæ tali
pacto insit, quod vel ex obligatione cambiali liquet, quæ in effectu est
obligatio ad carceres, quod fusius ostendit COLER. *in process. executiu.*
P. 1. C. 6. n. 48. seqq. An autem clerici se obligare ad carceres queant,
vel inde dubium esse posset; quod tali obligatione iuri publico præindi-
cium inferatur, quod non posset non perniciosum esse.

l) Nam (1) obstagia publico clericorum ministerio præiudicant, Consultum
quod interim omittere debent, quando se sistere tenentur: (2) famam est clericis
quodammodo fugillant; vel ad minimum scandalum insigne clericis de *obstagia pro-*
bitori n obstagio constitutus præber, qui tamen debebat esse irreprehensi- *hibere.*
bilis: (3) cum in aliis immunitatem habeant, in primis consultum foret,
ut in eo, quod autoritatem ministerii minuit, a forte reliquorum debitо-
rum essent exempti: vnde & (4) satis prudenter obligationis cambialis ri-
gor in Saxonia contra eos suspensus est. Aut ergo obstagia in totum
clericis essent interdicenda, aut ad minimum omnis vigor quoad cleri-
cos illis admendus.

m) Accedit, quod *cambialis obligatio* clericis extra Saxoniam non *Fundamen-*
sit remissa, quæ reuera obligationem *ad carceres* continet, & nisi me *tum obstagio-*
omnia fallunt, vel obligatio sub obstagio, vel simile quid occurrit in c. 9. X. orum in iure
de iurecuri, vbi species hæc refertur: Abbas quidam creditori suo ex canonico,
monachis obfides quosdam dederat, qui de obseruanda conuentione

iuramentum præstiterant, ut si ipsi desicerent, aliis monachi loco eorum in obstagio reuerterentur, ut verba sunt ALEXANDRI III. ex quibus apparet, iam circa finem sec. XII. moris fuisse, obsides dare pro debito. Aliud exemplum occurrit in c. n. X. de arbitr. vnde liquet, in compromissis etiam obsides datos, ut arbitrium seruaretur. Quod si itaque obsides dare monachos creditoribus, hisque eos detinere, olim licuit, pactum obstagii non videtur absolute pugnare cum statu clericali. Illustrationis tantum gratia hoc argumentum adfero, cum etiam suo modo monachi sint & dicantur clerici, quamuis maior adhuc ratio dubitandi occurrat in clericis, curam animarum exercentibus. Interim ubi obstagia generaliter recepta, nec clericis interdicta sunt, a nexus hoc eos absoluere nequeo, id quod etiam testatur CHRISTOPH. HENRIC. AMTHOR. in tratt. iurid. de obstagio p. 87. 88. cuius verba, quia questionem de obligatione clericorum ad obstagia solide enucleant, & ad praxim hodiernam in Hollsatia faciunt, hic apponere lubet: *Facile, inquit, etiam de clericis nostris iudicium ferri potest, si quis ad obstagium eos cum effectu euocari posse fortasse dubitaret: id quod a nonnemino aliquando factum esse memini.* Pro ratione afferebatur, quod animarum cura negotium sit longe grauissimum, cuius filum hoc modo abrumpere, res foret in conscientia vix excusabilis. Sed nescio, an satis recte se habeat conceptus, quo omnis animarum cura ad unicum aliquod individuum adeo simpliciter restringitur: quin potius cauendum puto, ne religionis larua incaute hoc patto perfida accommodetur. Subdidi sunt clerici atque sacerdotes, uni imperanti, isdem legibus, quibus & laici, ut vulgo vocantur, sicutem apud nos Protestantes, subiecti: ad quos proinde mores atque constitutiones generales haud minus quam ad ceteros spectant, quandiu a communis regula excepti non inueniantur. *Quid quod omnium turpissime in data fide desiceret, quem & doctrina & exemplo sinceritatem alii inculcare decebat.* Hinc & ipsum ius pontificium, quod tamen clero suo tantum non omnia indulget, in cap. 9. X. de iure iur. monachis & abbatis cuidam Tremionensi obstagii promissi seruationem iniungit, interdicto illis ecclesiæ ingressu, usque dum creditoribus satisfecissent. Neque obiici potest, quod caput illud de eo tantum casu accipiendum sit, ubi quis ad obstagium accedente sacramenti religione se obligauerat; cum si absrahas a somniis iuris canonici, iustum naturale doceat, iuramentum reuera non operari ultra id, quod iam antea in obligatione exiliterat: & quod inde sequatur, conuentio-

Amthori iudicium de obligatione clericorum ad obstagia.

§. XVII. Quæ cum ita sint, facile liquet, non posse alie-<sup>In clericum
alienari ne-
quit,</sup> nationem rei fieri in clericum, sine præjudicio creditoris ali-
quo n); adeo, vt si dolo debitoris illa facta fuerit, iudicij mu-
tandi gratia, eo nomine teneatur ad interesse actione *in factum*,
de qua in tit. de alienat. iud. mutand. causa agitur.

§. XVIII.

nem per se validam subsistere etiam sine iuramento. His addit, quod sacer-
dote ad obstagium euocato, alia supersint media ecclesiæ, publicoque cœtu
proficiendi. Quid enim si sacerdoti cum diuturno morbo colluctandum
esset? Quid si vacante ecclesia annus, quem gratia vocant, viduis conce-
dendus? Respondes, vicinorum templorum ministris iniungendum, ut sta-
tis diebus, ac necessitate exigente diuina officia administrent, conciones
vero interea ministerii cuidam candidatas committendas esse &c. Ergo ea-
dem remedia circa obstagii casum adhibenda erunt, sumtibus ex salario
euocati, quem solum culpa hic arguere licet, collatis. Quamvis autem
bæc omnia in thesi clara sint, fateor tamen, quod casum in hunc diem obui-
um nullum habuerim, ubi sacerdotem in obstagio positum sciam; licet in
Holsatia nostra clerici pariter ac laici obstagiale clausulam contractibus
quotidie adiiciant, sine qua fidem vix semper essent inuenturi. Animad-
verti potius, magistratum de aliis remedis circumspicere, quibus sacerdo-
tum creditoribus satisfaciat: quo & spectat bonorum annotatio salarii
que annuorum redditum retentio; relicta sacerdoti, nonnisi tantilla eorum
parte, ex qua vitam sustentare possit. Conf. BRVNNEM, I. E. lib. II. c. 15.
§. 33. ibique STRYK. Quod institutum, cum & sacerdoti, & ecclesiæ, &
creditoribus tolerabile sit, haud improbandum duco, modo posteriores in eo ac-
quiescere velint. Add. RHEYER. dissert. de singulis quibusd. obstagii iuribus.

§. XVII. n) Non quidem ideo, quod clerici inter potentiores refe- Re in cler-
rantur ratione fori, vt putat BERLICH. 296. num. 30. cum forum nullam cum alienata
inserat potentiam, quamvis dignitas ecclesiastica & prælatura eam inser- creditori
re possint, vt rectius censent TUSCHIUS in concil. 463. n. 14. & PHILIPPI præjudicatur.
ad decis. elect. Saxon. decis. 40. obs. 2. n. 32. sqq. sed potius, quod durior
conditio aduersarii fieri possit propter forum, aliaque priuilegia, quibus
clericu gaudent. Quamvis enim in rebus immobilibus forum non mu-
tetur, cum clericu etiam in foro rei sita conueniri possint, mutatur tamen
alienantis forum *domicili*, quo etiam reales institui possunt.

§. XVIII.

Quid iuris si
debitor mo-
nachus fa-
etus?

Clerici bona
propria oppi-
gnorare pos-
tunt.

Et fructus be-
neficiorum
suum.

Debitor mo-
nasterium in-
grediens ab-
dere alieno
non libera-
tur.

Multo minus
iudeus ba-
ptizatus.

Clerici redi-
tus futuros

§. XVIII. Imo illud quoque in confessio est, debitoris ingressum in religionem non carere fraude & praetudicio creditorum, cum monachi ita per *indirectum* semet ipsos eximant ab executione iudicis secularis, & impedian, ne contra eos secundum rigorem iuris procedi queat o).

§. XIX. Restat, vt videamus, quousque debitores clerici bona sua obligare queant, & qua ratione executio contra eos fiat. Prius quod concernit, in confessio sane est, eos patrimonium proprium nexui hypothecæ subiictere posse, imo & illud quoque exploratum est, eosdem bona ecclesiastica, qua talia, nullo modo creditoribus obligare posse, utpote quæ non sunt sub eorum arbitrio, sed potius iis tantum ad usum concessa, & omnis alienatio interdicta. Diuersa tamen quæstio est, annon fructus beneficiorum suorum hypothecæ subiictere possint, vt ex eis creditoribus satisficeri queat? quod affirmandum esse arbitror p). Et licet canonistæ in diuersas hic

abeant

§. XVIII. o) Cespitant & disputant magnopere canonistæ, an debitor per ingressum religionis liberetur ære alieno? Quidam aiunt, quidam negant, quidam distinguunt, prout docet CYRIACVS controv. for. 86. num. 35. Hoc sane expeditum est, si bona sufficientia debitor habeat, unde solui creditoribus possit, eos non liberari ære alieno. His defici-entibus, superest quæstio, an personaliter teneantur? quod ægre ad-mittunt Doctores ecclesie Romanæ, cum seculo mortuus sit, & in eo sta-tu collocatus monachus, vt creditoribus non amplius respondere tene-atur. Ita vero pessimi quique debitores asylum nequitiae suæ in mona-steriis inuenire possent. A quibusdam etiam hoc in dubium vocatur, an iudeus baptizatus liberetur ære alieno? quod vel inde affirmatum esse animaduerto, quod nouus homo fiat. Sed hæc ratio admodum ridicu-la est, cum spiritualis mutatio personæ non producat nouum hominem moraliter & civiliter consideratum, adeoque omnes obligationes merito subsistere debeant, quod plenius illustrat CYRIACVS cit. controv. 86.

§. XIX. p) Evidem Panormitanus abbas NICOLAVS de

TVDE-

abeant sententias, ex iis tamen principiis id faciunt q), quæ nec hodie inter eos applausum inueniunt.

§. XX.

TVIDESCHIS in cap. peruenit z. X. de fideiuss. num. 12. existimat, clerici obligare quem non posse obligare reditus futuros sui beneficii, nisi contraxerit pro utilitate ecclesiæ: illud tamen alii restringunt ad eum casum, vbi fructus sui beneficij ita obligauit, vt ipse postea egere debeat, quia, aiunt, fructus beneficiorum debent deseruire ipsi clero, vt habeat causam deseruendi ecclesiæ in diuinis, vt ait ADDITIONATOR in not. ad Panormitan. cit. c. V. Rurum sicuti posterior sententia præsupponit casum, quo clerici ita sunt obærati, vt soluendo non sint, & ita an habeant beneficium competen- tia? in disceptationem veniat, quam hic intæctam relinquo, cap. sq. §. 6. sqq. reseruans; ita in eo casu, quo adhuc soluendo est, quo egere non debet, nullam video rationem, cur reditus suorum beneficiorum non possit oppignorare, cum eisdem possit consumere, alienare, eorumque dominus sit. Sicuti enim vasallo haud prohibitum est, fructus feudi, qui allodiales sunt, nexui hypothecæ subiicere, vtut ipsum feudum op- fallus. pignorare nequeat; ita eadem ratione clericis non interdictum erit fructus suorum beneficiorum obligare, vtut fundum ipsum ecclesiasticum oppignorare nequeant. Accedit, quod secundum c. z. X. de fideiuss. clerici debitores iubeantur de reditibus beneficiorum suorum ex- soluere, & quod hoc non factio creditores in eos immitti queant. Atque itare recte existimauit KLOCK. tom. 1. consil. 35. num. 232. vbi ait: Also kön- nen auch die fünf Herrn Canonici, und deren capitularen, da keine mehr dazumalen in residentia gewesen, nicht mehr als commoditatem, & fa- cultatem percipiendi fructus præbendarum, & ecclesiasticorum benefi- ciorum, Zeit ihres Lebens, instar vsufruitorum, quibus assimilan- tur, wohl verkauffen, versetzen, und darauf ein Stück Geldes zu ihrem Unterhalt erborgen.

q) De eo enim canonistæ magnopere disceptarunt, ytrum clerici sine proprietarii fructuum & redituum, vt libere de iis disponere bus liceat possint? Argumenta & sententias disceptantium referunt ZIEGLE. RVS de dote eccl. c. XI. §. 32. SARPIVS dans son traite des benefices art. 52. NONIVS ACOSTA de priuile. cred. reg. 2. ampl. 4. c. 44. DVA- RENVS

Creditores in
fructus im-
mitti possunt.

§. XX. Effectus huius oppignorationis est, ut creditores immitti r) possint in redditus horum fundorum, ut ex illis satisfactionem suam impetrant, quæ immissio tamen diutius non durat,

Cum bona ecclesiastica patrimonium pauperum dicantur.

Hodie tamen id licebit.

Exceptis iuri-
bus stole.

Fructus feudi
oppignorari
queunt.

RENVS de SS. eccles. minif. lib. n. c. 4. FRANCISCVS GALLVS de fructibus disp. 37. art. 1. n. 5. sqq. ALEXANDER SPERELLVS decif. for. eccles. 82. n. 5. sqq. PRANCISCVS SARMIENTO de redit. eccles. p. n. c. 1. seqq. GRAN-ANIETTO in catena iurium ad c. 2. de testam. num. 2. sqq. Prolixum admodum foret argumenta eorum examinare velle, quare sufficere credidi, si venas huius controvversiæ aperirem. Existimarent patres, ecclesiastica bona esse patrimonium pauperum, & in horum subsidium primordialiter constituta, quorum sententias collegere THOMASS. de vet. & nou. eccl. discipl. P. III. lib. 3. c. 26. seqq. & LAVNOIVS de curæ ecclesia pro misericordiis & pauperibus. Inde statuerunt, (1) illos tantum clericos ex penu ecclesiæ esse sustentandos, quibus omnia alia bona propria non suppetunt c. 6. C. 1. qu. 2. (2) clericos redditus eorum non ulterius suos facere posse, quam ad vitæ necessitatem, adeoque liberam circa eos dispositionem non habere. Sed postquam bonorum ecclesiasticorum ratio immutata, & clericis titulo beneficij vel præbendæ assignata fuere, haec rationes dubitandi cessarunt, nec ullum præceptum extat diuinum, quod proprietati horum fructuum resistat, & quod dispositionem de his fructibus adimat clericis, vt nec difficitur NONIUS AGOSTA cit. l. n. 55. quod optime quoque vrget & plenius demonstrat SARPIVS cit. l. Conf. KLOCK. cit. l. n. 240. seq. Hoc tamen restringendum esse arbitror ad redditus prædiorum, seu præbendarum: Indecens enim & honestati clericorum haud conueniens foret oppignoratio redditum, qui ex numero confessionario aliisque iuribus stole prouenirent, sicuti horum locatio merito reprobatur a BRVNNEM. lib. II. iur. eccl. cap. 15. n. 8.

§. XX. r) Id quod in feudis, quibus assimilantur quodammodo beneficia ecclesiastica, vsu venire solet; quamvis autem nec substantia feudi oppignorari queat, fructus tamen, qui allodialium iure censemur, licite pignorantur, & in eos creditores immittuntur. KOHL. de seruit. feudal. P. I. n. 77. seqq. B. STRYK. de caut. contr. scft. II. c. 4. §. 13.

s) Hoc

durat, quam quatenus viuit ille, cui bona ecclesiæ per modum *beneficii* sunt assignata, vel quod consultius est, interim Aut illi se-sequestrari possunt fructus s), ut creditoribus ex sequestro & questrantur. Iis satisfiat.

§. XXI. Quæ cum ita se habeant, clericu[m] debitoru[m] non Fundus ec- videtur interdictum, quo minus fundum ecclesiasticum credi- clesiasticus in- tori suo hoc pacto possidendum concedere possit, vt instar compen- pignoris in compensationem debiti certo tempore posside nem debiti tradi potest. ret t); quia hoc pacto non tam ipse fundus ecclesiasticus pignoris nexui obligatus est, quam fructus eius.

§. XXII.

s) Hoc in similibus casibus admittit ius canonicum c. 2. X. de dol. Creditores & contumac. & præterea eo magis suadendum, cum ita precaeatur, ne immisi de dñ quid a creditoribus auaris in præiudicium ecclesiæ fiat, qui admodum lapidatione suspecti sunt de dilapidatione bonorum, cum nihil magis intendant, suspecti sunt, quam reditu quomodounque corraderet, & in suos vsus applicare.

§. XXI. t) Tale pactum fundatum est in l. 39. D. de pign. aff. Cum clericu[m] Clerico debitori autem talem conuentionem permisam esse, patet vel prædia loca- inde: tum quod fructus prædiorum ecclesiastico[r] oppignorare re possit. possit, id quod non alium effectum habere potest, quam vt et iam eos percipere queat, si debitum non solvatur; tum etiam, quod locatio horum prædiorum ei non sit interdicta, quæ in effectu sub tali pacto latitare videtur; arg. l. 14. C. de vñf. tum denique, quod vñfructuario hoc quoque permisum sit per §. 1. in f. I. de vñf. & habit. Accedit hoc, quod vasallus etiam inscio domino creditori feudum in Et idem va- antichresin hanc concedere, vel fructus in solutum dare possit, no l. sallo permis- de seruit. feud. P. 1. n. 70. & 77. præsertim cum nullum inde præ u- sum sit. dicium domino contingat. STRYK. de Cautel. contr. sect. II. c. 4. §. 14. Ceterum sicuti extinctio vasallo absque liberis, creditorum ius quo que statim exspirat, cum resoluatur ius dantis; l. 31. D. de pignor. ita quo Quo effecta que mortuo clericu[m] debitore statim huiusmodi fundi eccl[esiastici] in antichresin temporariam dati revertuntur ad ecclesiam, & successori restituendi sunt.

Executio contra clericum debitorem quomodo fiat?

Debita ex redditibus solvenda.

Quod alii non nisi sub distinctione admittunt.

Quae tamen reprobatur.

Et ad obstantem textum respondetur.

§. XXII. Denique etiam illud inde liquet, si vel maxime nulla hypotheca creditori in redditus præbendæ assignata est, condemnato tamen clero debitore executionem fieri posse in fructus & redditus beneficiorum v) ecclesiasticorum, vel etiam

§. XXII. v) Per c. 2. X. de fideiuss. ibi: si vero ad vestram iussione non egerint, vos autoritate apostolica freti, de eorum redditibus præscripta debita faciatis appellatione remota R. solvi, & damna, quæ idem R. propter hoc pertulerit, resarciri, aut procuratori eius prædictos redditus assignetis, tamdiu sine molestia detinendos, donec ipsa damna resarcita fuerint, & debita sine diminutione soluta. Quod in c. 3. X. eod. confirmatur, vbi pontifex in f. iubet delegato, ut redditus clerici debitoris in debitorum solutione conuertat, quo usque fuerit debitibus satisfactum. Conf. COLER. de process. execut. P. u. c. 3. num. 276. PANORMITANVS in cap. 10. X. de testam. num. 27. addit: quod alioquin clerici non inuenirent, qui sibi crederent, & sic essent quasi iudei inter Christianos, cum tamen probant omnes, quod se opus est, ab illis mutuare. Barbare quidem, ast vere dictum. Evidem ipse cit. l. distinguit, utrum clericus debita contraxerit pro sua sustentatione, ut se aleret, an vero pro alia necessitate, ut pro reparandis ædibus propriis. Illo casu putat de fructibus beneficii satisfaciendum esse creditoribus, non vero hoc, cum debeant fructus dispensari ad eum usum, ad quem fuerunt instituti, adeo ut si contrarium fiat, talis dispensatio reuocetur. Sed hæc distinctio admodum friuola est, & eo magis reprobanda, quod crediderit Abbas Panormitanus, clericos libere disponere non posse de redditibus beneficiorum suorum, cuius contrarium iam supra deductum est. Adhuc absurdior vero est responsio eius ad cit. c. 2. X. de fideiuss. quo non disponi putat de redditibus beneficii, sed patrimonii: cum tamen, si c. 3. X. eod. in f. consuauisset, expresse pontifex disponat, quod de fructibus beneficii creditori satisficeri debeat. Nec obstat, quod in cit. cap. 2. simul delegatis iniungatur, ut clericos debitores contumaces ab officio & beneficio suspendere debeant; hoc enim, ut recte animaduertit GONZALEZ ad cit. cap. 2. n. 5. intelligendum, postquam fideiussori satisfactum fuerit. Accedit, quod in cit. c. 3. indistincte disponatur de redditibus beneficiorum.

iam in eorum salario x).

§. XXIII. Supradictum, ut videamus de *clericis debitore defuncto*. An successor Habet vero hic vel successorem singularem, vel vniuersalem. Ille est *successor in officio*, qui regulariter non tenetur ad debita antecessoris sui soluenda, nisi sint contracta pro necessitate ecclesie y).

§. XXIV.

et in debitorum solutionem conuerrendis, cum alioquin pontifex in decisione sua prius inquirere debuisse, in quem finem debitum tale fuisse contractum, cuius disquisitionem tamen plane omittit. Hoc tamen facilius admitti potest, executionem non tam facile in redditus ecclesiasticos esse faciendam, sed tunc potissimum, si alia bona deficiant: cum regulariter executio in stipendia demum fiat in subsidium l. 4. C. de exec-
cut. rei iud. l. 40. D. de re iud. CARPZ. p. 1. C. 29. def. 32. BERLICH. P. 1. Soluitur ex
concl. 74. n. 33. beneficia autem clericis dentur in stipendium, & mer-
cedem seruitii & laboris c. f. de rescript. in 6. Nec denique illi audiendi sunt, qui existimant, dictos textus loqui de *speciali concassione pontificis*, extra quam executio in fructus canonicales fieri nequeat: Pontifex enim reuera secundum principia iuris communis philosophatur, & qui hanc sententiam fouent, in illa peruersa haeresi haerent, clericos non esse dominos redditum, quod tamen falsum esse, agnoscunt GRANNANETTO ad cit. cap. 2. n. 6. & BARBOSA cod. n. 19.

x) Vid. MARTINI ad process. Saxon. tit. 29. §. 5. n. 34. cum generaliter executio etiam in salarium fieri possit CARPZ. cit. l. BERLICH. d. l. unde etiam in subsidium arrestum salario imponi potest, quippe quod est executionis species. CARPZ. cit. l. in f.

§. XXIII. y) Potissimum hoc vnu venire solet in clericis dignitate ecclesiastica instructis, quales sunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbatibus, Praepositi &c. qui cum iure quodam eminentiori bona ecclesiastica administrent, saepe etiam pro eorum necessitate debita tenentur. Contrahere tenentur, a successore in officio soluenda, quia pro necessitate ecclesia facta sunt, quam iure successionis hic accipit. Huc respexit Pontifex ALEXANDER III. in c. 1. X. de solut. vbi ita: *Sicut Ratio iuris filius debita patris soluere tenetur, ita prælatus sui prædecessoris pro canon. reliqui ecclesiæ tur.*

ecclesiæ necessitate contracta. Decisio ipsa satis proba est, sed argumentandi ratio improba, & non toleranda, quicquid canonistæ pro eius salvatione corrardant, & coaceruent. A successore vniuersali ad singularem non valet consequentia, nec filius debita patris soluere tenetur, nisi heres eius sit; at successor singularis in officio sacro non sit heres antecessoris, ergo ex hoc fonte *ratio decidendi* desumi nequit, sed potius ex eo, quod in ecclesiæ vtilitatem & necessitatem debitum contractum sit, & sic ipsa ecclesia obligata esse censeatur. Huc pertinet, (1) si debitum contractum est pro necessaria prælature vel dioceſeos defensione, ut si in alimenta præſidiariorum militum expensæ factæ: KLOCK. de contri-
but. cap. VIII. n. 64. (2) si prælatus mutuam accepit pecuniam, pro sua, fuorumque necessaria sustentatione, quod ecclesia teneat alere suum prælatum REDOANVS dreb. eccl. alien. qu. 4. GOEDEN. Confil. 36. n. 10.
BARBOSA ad cit. c. i. n. 3. Verum hoc cum grano salis accipendum arbitror, vt de eo tantum intelligi debeat casu, si prælatus forsan tempore belli, aut alicuius necessitatis publicæ fructus beneficii sui non potuit percipere, sed debita pro sua sustentatione contrahere coactus fuit: sunt enim prælatis, clericisque assignati certi reditus, quibus contenti esse debent; alioquin enim quilibet successor in officio teneretur solvere debita antecessoris, quæ vt plurimum pro commodiore sustentatione facta sunt; imo daretur prælatis occasio, successorem admodum grauandi, dum lautius viueret, ac pro ratione redditum viuere debeat. Ceterum quod SVRDVS confil. 333. n. 33. existimat sufficere, debita esse contracta pro vtilitate ecclesiæ, etiamsi non probetur, in rem ecclesiæ versa esse, admodum dubium est, cum non possit dici debitum *pro necessitate ecclesiæ* contractum, nisi de versione in vtilitatem Episcopatus aut prælature constet, nec credi debeat chirographo, in quo forsan hic prætextus expressus est, cum successori singulari tali confessione præiudicium nullum creari posse, quod facile fieri possit, vbi cuiuscunque confessioni statim credi deberet; proinde ante omnia talis versio probanda est c. i. X. de depos. GRATIANVS discept. for. tom. i. cap. 94. n. 46. Sunt homines ad vitia & mendacia proni, simulant, dissimulant & quæuis audent, si egent & mutuam pecuniam appetunt. Quam facile ergo prælatus induci posset, vt conſtreretur, se pecuniam pro necessitate ecclesiæ suscepisse, quam in luxum & ingluuiem forsan insumisit. Add. infra cap. IV. §. ult. litt. zz.

§. XXIV.

Et alia suppo-
diatur.Quæ debita
sunt necessaria.Versio in rem
ecclesiæ pro-
bari debet.

gi, ex
dus p
exinc
bus, a
Vbi a
doqu
defun
vidua
solue
cantu

capitu
de ann
cus po
est, fir
inde se
BAR. I
nis, ad
def. 18
inde q

exper
proud
primi
suetua
rum, j
hanc i
pultur
cum m
bienni

§. XXIV. Successores vniuersales ad debita soluenda adstrin-
gi, extra dubitum est, adeoque cum *salarium deseruitum & fru-*
gius promeriti ad hereditatem spectent, debita clericis debitoris
exinde quoque sunt soluenda z), & arrestum iis imponi potest.

§. XXV. Grauior dubitatio est de *anni gratiae redditibus*, an & quatenus ex eis debita defuncti clerici solui debeant? *An ex redditibus anni gratiae?*
Vbi animaduerto duplicem esse anni gratiae rationem; quandoque enim in *compensationem amorum carentie*, vt vocant, defuncti heredibus indulgetur: quandoque tantum liberis & viduæ iure plane speciali. Illo casu eo magis ex his redditibus soluendum est alienum, quo magis hi anni gratiae, vt vocantur, deseruitis accedunt a). Hoc casu vero si liberi & vi-
dua

§. XXIV. z) Ratio anni deseruiti variat maxime in *ecclesiis seu capitulis cathedralibus*, de quo plenius & solide Dn. BOEHMER in *dissert. de anno deseruito*. Sic in quibusdam capitulis receptum, vt si canonicus post festum Margaretha, vel vigiliam S. Iacobi aut Mauriti mortuus est, fructus integri anni heredibus debeantur, vnde quoque as alienum inde soluendum. STYPMANN, *de salar. cleric. c. XI. n. 34. sqq. RAVCH-BAR. P. 1. qu. 25. n. 22.* adeoque moto concursu super debitoris clerici bonis, ad massam bonorum referri debeat. CARPZ, *lib. 1. iurispr. consistor. def. 180.* Et cum defectus inuentarii ecclesiastici ad as alienum spectet, inde quoque supplendum erit. CARPZ. *cit. l. def. 181.*

§. XXV. a) Tales consuetudines Capitulorum passim reperiiri annus gratiae experientia testatur. NICOLAVS GARZIAS *P. XI. de benef. c. II. n. 138.* heredibus de-
prouocat ad decisionem rotæ, ibique iudices censuisse ait: *fructus betur.*
Primi anni post obitum beneficiati deberi eius heredibus, presupposita con-
suetudine, quod beneficiati primo anno non percipient fructus beneficio-
rum, sed eorum solutio differatur post eorum obitum. Consuetudinem
hanc ideo introductam esse dicunt, vt prouideri possit de his, que ad se-
pulturam sunt necessaria, quam plerunque ob inopiam defuncti negligunt,
cum magno ordinis ecclesiastici dedecore. Quod si ergo canonicus per
biennium, quo residentiam incepit, carere fructibus tenetur, et quum
fane

Quod in gratiam defuncti prouisum.

Sane est, ut etiam redditus biennales heredibus eius assignentur, in compensationem eorum annorum, quibus carere debuit. Vnde quoque in dubio omnes heredes ad horum annorum redditus admittendi, nec aliter quoque, quam si heredes defuncti facti fuerint. Hæc enim prouisio potissimum in gratiam defuncti facta est, tum, ut redditus, quibus in vita carere debuit, cum iis, qui post mortem soluuntur, compensentur; tum etiam ut debita eius inde soluantur. Imo, ni me omnia fallunt, inde pri-

Hie mos antiquissimus est. Hic in obseruantiam deducta videtur. Eo ipso enim, quo anni quidam in gratiam defuncti heredibus assignati sunt, simul quoque inualuit, ut successor eius in beneficio interim per illud tempus caret, debuerit, cui hoc non adeo fraudi est, quippe qui post mortem suam eandem gratiam sperare potest. Et hunc morem antiquissimum esse, docet diploma apud SCHATEN. in annal. Paderborn. Lib. IX. ad an. 1192. vbi COELESTINVS Papa canoniciis hoc ius confert: videlicet, ut quilibet inter vos decedens frater a die decessio[n]is suæ, usque ad annum , stipendium suum habeat ad expendendum aliquid causa pietatis, vel ad excipiendum se, si forte obligatus sit debitis. Porro IDEM lib. XI. annal. Paderborn. ad ann. 1292. refert, OTTONEM Episcopum Paderbornensem constituisse, ut annus gratiae ad persoluenda debita canonici indulgeretur. IDEM ad ann. 1295. narrat, OTTONEM annum gratiae, fructuumque sacerdoti ad biennium ab obitu permisisse.

Similiter ex Chronico Herbipolensi refert WEHNER. in pract. obseru. voce Gnaden-Jahr. Bischoff Heinrich Episcopus Herbipolensis trigesimus hat mit seinem Dom-Capitul eine neue Satzung und Ordnung gemacht, daß hinfort einem jeden Chor-Herrn, es sei zum Dom auf dem Berge, oder zum neuen Münster, nach seinem Tode, die Gefäll und Einkommen seiner Pfänd, ein ganz Jahr nachfolgen solle, damit ob einer in seinem Leben Schulden gemacht, und die unbezahlt hinter ihm gelassen, daß die Gläubiger desto statlicher bezahlet, und seinem Ehehalten, und Dienstgesinde der Lied-Lohn entrichtet werden möchte. Und ist dieselbe Ordnung angericht Anno 1163. und von derselben Zeit bis auf diese Stunde gehalten, auch soll folgend Jahr

das Gnaden-Jahr genannt werden. Ex his, quæ de origine anni gratiae dicta sunt, perspicuum est, redditus eius potissimum ad solutionem æris alieni impendendos esse, adeoque defuncti heredes eorum participes fieri non posse, si hereditatem defuncti repudiauerint. Non nego tamen esse quædam capitula, vbi tantum viduæ debetur an-

Et ad soluendum as alienum potissimum spectat.

nus

dua non sunt defuncti heredes, æris alieni necessitas ex his re-
ditibus illis quoque non incumbit b).

§. XXVI.

nus gratiæ, non iure hereditario, sed iure speciali, sed illa sine dubio a pri-
stino more ex ignorantia eorum, quæ a maioribus constituta sunt, descen-
derunt. Quod si speciali pacto viduæ prospectum est, ut illa ad annum speciali an-
num gratiæ percepit. Aliud est, vbi
vidua ex iure
vel biennium redditus canonicales post mortem canonici percipiat, con-
clamatum est, alium anni gratiæ tunc esse finem, nec amplius sol-
uendis debitis defuncti inseruire, qualem casum suppeditat illi. Dn. LYN-
CKER. resp. 42. vbi num. 19. hæc addit: Weniger, daß die Schulden sie
daran hindern mögen, sondern die Erben dafür Sorge zu tragen;
und die anni deseruici denenselben unterworfen sind, welche, wenn sie
schon samt der ganzen Erbschafft durch die Schuld absorbiere werden,
und nicht einmahl hinreichen solten, nichts destoweniger die Witwe ih-
ren annum gratia nicht allein, wie die Erben die annos deseruitos, er-
hält, sondern auch denselben unangefochten zu geniessen hat, und folglich
auch ihren Erben daran weder Abbruch, noch Hinderung verursachen
kan, wenn des defuncti Vermögen zur Tilgung dessen Schulden nicht
hinreichend ist. Addit, annum gratiæ deberi ex redditibus capituli, quod
sicuti ad soluendum æs alienum defuncti canonici non obligatur, ita si
militer quoque viduam, cui annus gratiæ debetur, ad illud soluendum
non teneri. Admitti hoc potest, si subsistamus in ea specie, quam vir
Illustris præsupponit, vbi speciali pacto viduæ erat prospectum: alioquin
enim, licet annus gratiæ debeatur ex redditibus capituli, inde tamen non
sequitur, quod æs alienum ex his solui non debeat, prout ex dictis li-
quer.

b) In ecclesiis parochialibus Protestantum eiusmodi annus gratiæ Quæ ratio an-
receptus est in solarium viduæ & liberorum, adeoque ab eo, de quo nî gratiæ apud
haec tenus dictum est, profrus differt. Hic enim in plerisque locis viduæ protestantes
liberisque defuncti, non vero quibuscumque heredibus debetur ex iure
speciali, seu priuilegio, cuius consequens est, æs alienum de eo exsoluen-
dum non esse, aut pro ære alieno defuncti clerici sequestrandum vel ar-
restandum, CARPOV. l. 1. iurispr. confistor. def. 123. sqq. adeoque debe-
tur viduæ, etiamsi vel maxime repudiet portionem statutariam, & illa-

tum

M

Qui ex redditu.
bus capituli
debetur.

Ecclesia succe-
dens soluere
quoque tene-
tur.

§. XXVI. Denique quamvis alias ecclesia ad æs alienum defuncti clericis soluendum non teneatur, aliud tamen sine dubio dicendum est, si ei succedit c).

Caput IV.
*De clero debitore, non soluendo
existente.*

Transitio.

QVæ capite anteced. congesta, ita comparata sunt, vt quidem etiam locum habere possint, si vel maxime clericus debitor non sit soluendo; quia vero specia- lia quædam d) iis Dd. solent indulgere eo in casu, si non sunt soluendo, aut ubi concursus mouetur, conueniens es- se duxi, hæc iura speciali capite nunc examinare.

§. II.

tum repetat. GARPZOV. cit. l. def. 242. FINCKELTHAVS de iur. patron. c. VI. n. 94. Similiter liberis etiam competit, si vel maxime repudiae- rint hereditatem paternam, GARPZOV. cit. l. def. 225. quod vel inde con- spicuum est, quia in multis locis vidua annus gratia debetur, in quibus tamen ex statuto ipsi nulla successio competit.

Clerico defun-
cto succedit
ecclesia.

§. XXVI. c) Hoc iure communi iam prouisum est, vt ecclesia, de- functo clero sine heredibus, succedit. l. 20. C. de Episc. & cler. CARPZ. lib. III. iurispr. consistor. def. 9. Evidem alias fiscus in bona vacantia succedit; sed quia ecclesia speciem separatam cuiusdam reipublicæ præ se fert, quam nec penitus deposituit inter Protestantes, fiscum suum quo- que habet, & ita non fiscus secularis, sed ecclesiasticus succedit. Quo- cunque vero nomine hanc acquisitionem vocemus, titulus tamen, quo- ecclesia hæc bona acquirit, est uniuersalis, & ita ad soluendum æs alienum obligatur.

Clerici digni-
tate peculiari
gaudent.

C. IV. §. I. d) Idque ex dignitate singulari, qua clericis gaudent, quæ etiam merito iis debetur. Plura alia in honorem ministerii sunt intro-

§. II. Quando itaque episcopi aut prelati grauissimo ^{Prælatorum}
æris alieni onere premuntur, hanc a pontifice impetrare so- ^{obæratorum}
lent gratiam, vt fructus beneficiorum vacantium, quæ de iure ^{recursus ad}
aliis conferre possunt, ad annum vel ultra sibi reseruare que- ^{pontificem.}
ant e), cuius praxeos monumenta antiqua passim extant f).

§. III.

introductione, quæ singulis non competit. Adeo hanc clericorum prærogatiuam extulit INNOCENTIVS III. in c. 6. de maior. & obed. ut afferat, quod illis omnis terra caput inclinet, & assurgere debeat, adeoque merito prospiciendum, ne, si ad incitas redigantur, in vituperium ministerii defecatum in rebus temporalibus patientur, vt ait rursus Pontifex in c. 9. X. de renunc. De paupertate cleri inferioris grauiter conqueritur HIERONYMVS in c. 23. §. 5. D. 93. ostenditque, quod haec in despœtum ministerii cedat. Mendicat, inquit, infelix clericus in plateis & ciuili operi mancipatus publicam a quolibet depositum alimoniam. Et quidem EX EO despicitur cunctis sacerdotiale officium, dum misericordia desolatus inspe putatur ad hanc ignominiam deuenisse. Inde omnino æquum est, vt in casu inopie extremæ iis quomodo cumque succurratur. Cum enim iis noua priuilegia concedere non liceat, & questiones consilii a iuris consideratione probe secerni debeant, potissimum examinandum hoc cap. est, in quantum de iure iis concessum sit.

§. II. e) Huius beneficii fit mentio in c. 32. X. de V. S. quod HONO- Quando fru-
RIVS III, seculo XIII. Tullenfi Episcopo concesserat, quod quidam nimis ^{etius beneficio-}
restringere conabantur; inde pontifex ita: Tua nos fraternitas intimauit, quod cum tibi pro releuatione oneris debitorum duxerimus indulgendum, ^{rum debito-}
ut fructus beneficiorum, quæ interim in diæcsti tua vacare contigerit, tibi li- ^{rum dari co-}
ceat biennio retinere, quidam Apostolica gratia priuilegium &c. Simili- ^{perint?}
ter BONIFACIVS VIII. eius mentionem facit in c. 10. de rescript. in b. quo
ostendit, quod specialiter fructus certo vsui destinati eo priuilegio non
contineantur. Si propter tua debita soluenda, ait, fructus beneficiorum
primi anni, quæ in tua vacabunt diæcsti, tibi usque ad quinquennium de spe-
ciali gratia concedimus &c.

f) Exemplum illustre habet BROWERVS lib. XVI. annal. Treuirens. Exempla ex-
ad an. 1243. vbi INNOCENTIVS IV. ARNOLDO Archiepiscopo Treu- cessorum redi-
ensi eam gratiam indulxit, his verbis: Promerente tua deuotionis tuam.

Qui illis redi-
tus ex benefi-
ciis vacantibus
concedere
potest.

§. III. Quod iūs eo magis libere Pontifex olim exercuit,
quod liberam beneficiorum collationem sibi vindicauisset g),
& consequenter, sicuti ipsem̄ de beneficiis pro lubitu dis-
ponebat, sibique non raro aliquod tempus reseruabat h);
ita

Solent hi ad
certum tan-
tum tempus
perquitti.

promituidine, qua & fidei puritate constantis te singularem nouimus inter
deuotos Romanæ ecclesiæ reputari, dignum fore prouidimus, vt te speciali
prærogatiua fauoris & gratia prosequentes, petitionibus tuis, quantum cum
Deo possumus, fauorabiliter annuimus, simul ex parte tua fuit coram nobis
propositum, cum mensa tua reditus propter guerrarum discrimina sint adeo diminuti, vt sufficere nequeant ad sustinenda onera, que incumbunt pro
defensione tua ecclesiæ, ac etiam ecclesiasticae libertatis: nos devotionis
tuae precibus benignum impertientes assensum, autoritate præsentium tibi
indulgemus, vt beneficia ecclesiastica, que electionis tuae tempore obtinebas,
illis duntaxat exceptis, que mandato nostro aliis sunt collata, retinere li-
berè valeas, vsque ad nostræ beneplacitum voluntatis. Alias pontifex
ad certum tempus restringere solet hanc gratiam, ARNOLDO autem
illimitatam concessit, quod singulare est. Anno 1246. teste MAT-
THAEO PARISIENSI in hist. Anglic. p. 606. Cantuariensi similis gratia,
sed ad septennium restricta, concessa est, vt ipse, ita inquit MATTHAEVS,
per septennium, & non ultra omnium beneficiorum ecclesiasticorum, que
deinceps in ciuitate, diaœsi & prouincia Cantuariensi vacabunt, preuen-
tus, vsque ad decem millia marcarum summam reseruare possit. Causa
illius in dicto diplomate traditur, quod ecclesia Cantuariensis adeo gran-
di fuerit debitorum onere prægrauata, quod vix posset ab ipsis absque se-
dis Apostolica prouidentia liberari. Prætextus, an vera fuerit causa?
incertum est: Ipse PARISIENSIS, fucum fecisse pontificem credit, cum
non constiterit ecclesiam Cantuariensem alieno aere nimis grauatum
fuisse. Ipse HENRICVS III. ægre hoc tulit, &, O quam multiformes,
exclamauit, sunt laquei venantium, ad subiectorum simplicitatem deci-
piendam!

§. III. g) De hac vid. CONRING. de constit. Episcop. per German. §.
49. sqq. & §. 76.

Papa reditus
vacantes sibi
ipsi reseruat.

h) CLEMENS V. anno 1305. sibi ipsi per biennium omnes pro-
uentus de primo vacantibus in Anglia appropriauit, referente THO-
MASSINO

ita quoque hanc facultatem, *reditus primi anni ex vacantibus beneficiis percipiendi*, ad certum tempus episcopis conferre poterat.

§. IV. Evidem Pontifici per *concordata nationis Germanicae* libera dispositio circa beneficia ecclesiastica per Germaniam ademta est i), adeoque ei integrum non esse videtur, fructus primi anni pro necessitatibus ecclesiae Romanae sibi reseruare k). Verum quin episcopis aliisque per Germaniam constitutis prælatis tales reseruationes in casu *inopiae gravissimae* concedere possit, nullus dubito, quia tali concessione concordatis nullum sit præiudicium, sed libera collatio episcopis relinquitur, & tantummodo fructus primi anni pro soluendis

MASSINO P. III. de vet. & nou. eccl. discipl. lib. II. c. 58. §. 4. non alia ex ratione, quam quod viderit, Episcopos per Angliam sub prætextu æris alieni, & necessitatum suarum talia appetere. Eundem morem imitatus est IOANNES XXII. simulque in c. II. extrau. comm. de præbend. declarauit, quomodo talis reseruatio intelligi debeat, quam ad certum tempus fecit pro necessitatibus ecclesiae Romanae. Hæ reseruationes aliquid simile cum annatis habuere, sed cum illis non sunt confundenda, quia alium fontem, modum, finemque habent, quod obiter noto.

§. IV. i) Vid. CONRING. d. I. §. 84.

k) Evidem in *concordatis nationis Germanicae* quidam casus iuxta Quid pontifici c. 13. extrau. comm. de præbend. Pontifici reseruati sunt, in quibus post concordata licet? pontifici disponere, & beneficia reseruata conferre potest. Similiter collatio beneficiorum suo modo pontifici reseruata est, quæ in mensibus pa-palibus scil. vacant; sed huiusmodi reseruatio tantummodo collationem & prouisionem respicit, minime vero illam *extraordinariam reseruationem fructuum primi anni pro necessitatibus ecclesiae Romanae*. Constat enim, concordata hæc facta fuisse vnice in hunc finem, ut pontifici libera prouisio, quam sibi contra praxin antiquam vindicauerat, restrin-geretur, & præterea determinaretur, quantum lucri ex beneficiis nouiter collatis percipere debeat, quorūm vnice pertinent annate, præter

uendis debitibus episcopis reseruantur l), quamvis variis ex rationibus hæ reseruationes in effectum deduci non possint m). Idem principi- Ceterum etiam principibus protestantibus has reseruationes bus protestan- pro publicis necessitatibus grauissimis concedendas esse, cre- turibus licet. derem n).

§. V.

quas nihil sibi iuris in beneficia Germanica vindicare potest. Iam autem cum illis has *extraordinarias* reseruationes nihil commune habere antea dixi. Quamvis vero pontifex non raro contra hæc concordata quædam attentauerit, Germani tamen se firmissimum in iis habere Palladium semper existimarunt, & Cæsares in capitulationibus suis fidem derunt, promiseruntque, se eo allaboraturos esse, ut illis firmissime starentur. Vid. *capitul. IOSEPHI art. XVIII.* & *CAROLI VI. art. XIV.*

Ius conferendi
liberum illi
ademptum.

Capitula re-
seruationes
impedire va-
lent.

Quo titulo
Protestantes
sibi redditus
eccles. appli-
cent,

l) Quippe pontifici tantum ius libere conferendi beneficia adem-
tum, & quidem in fauorem ordinariorum collatorum, qui per Germa-
niam constituti sunt, in quorum præiudicium hæc detorqueri non
debet.

m) Constringuntur episcopi per capitulationes in capitulis Ger-
maniae, quibus ut plurimum huiusmodi reseruationibus obuiam itur.
Quod si tamen cum *consensu capitali* hanc gratiam a pontifice in casu
grauissimæ inopie impetrassen, ea facilius vti possent.

n) Quod ex concordatis nationis Germanica contra pontificem ad-
ductum est, principibus protestantibus non obstat, quippe qui iis non li-
gantur. Non hic prouoco ad titulum iuris episcopalis aut papalis,
quem principibus nostris communis protestantium Dd. schola tribuit,
quia meliori, quam hoc fucato titulo iura sacra exercent. vid. *supra c. II.*
§. 10. Sufficit titulus *superioritatis territorialis*, cui *ius circa sacra* ad-
hæret, & sicuti vi huius illis integrum est, bona ecclesiastica secularisare,
& redditus inde redactos in *necessitates publicas* in casu *fumis reipublicæ*
inopie conuertere, in quantum instrumenti pacis dispositio huic non re-
sistit; ita multo magis reseruatio fructuum primi, vel plurium annorum
ex prædiis ecclesiasticis illis integra erit, cum etiam ecclesia in casu publi-
cae calamitatis reipublicæ calamitatibus succurrere debeant. Conf.
KLOCK. de contribut. c. XII. n. 212. seqq. Vid. *supra cap. I. §. 4. p. 10.*

§. V.

§. V. Ceterum clericis in genere in iure canonico o) An clericis beneficium generale concessum esse aiunt, vi cuius, si non habent, vnde creditoribus satisfaciant, nec capi, aut in carcere m duci, aut excommunicari, aliterne molestari debeant; vt tamen cautionem idoneam praestent de solvendo debito, si ad pin- guorem fortunam deuenerint.

§. VI. Hoc beneficium, de quo GREGORIVS IX, *in cap. 3.* Quidam illud X. *de solut.* dispositio esse creditur, reuera est ipomum Eridos inter eruditos. Quidam enim, & quidem fere plerique existimant, in eo clericis datum esse beneficium competentiæ p), vi cuius

§. V. o) Beneficium hoc, de quo tantopere canonistæ gloriantur, C. 3. X. de s extare volunt in c. 3. X. *de solut.* De cuius mente vt eo euidentius con luti. inseritur, stet, verba pontificis referre lubet. Odoardus clericus proposuit, quod cum P. clericus, D. laicus, & quidam alii ipsum coram officiali Archidiaconi Remens. super quibusdam debitibus conuenissent, idem in eum recognoscetem huiusmodi debita, sed propter rerum inopiam soluere non valentem, excommunicationis sententiam promulgauit. Et infra: Mandamus, quatenus si consisterit, quod predictus O. in totum vel pro parte non possit soluere debita supra dicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxetis, receperatis ab eo idonea cautione, vt si ad pinguiorem fortunam deuenerit, debita predicta persoluat. In hoc textu se scil. inueniuntur, vnde Qui in hoc clericis oberratis ingens solatium adferri possit, adeoque prolixis com mentariis eum exornant GONZALEZ, BARBOSA, GRAN-ANIETTO, FAGNA- Nvs, aliisque, vt veteranos non tangam. Plerique sine iudicio alias exscribunt, & confidenter plura supponunt, quæ in hoc textu non reperiuntur.

§. VI. p) Hoc ex cit. textu colligunt, GONZALEZ, BARBOSA, ce- Vnde affir terique interpretes, quos BARBOSA & GRAN-ANIETTO allegarunt. Spe- mantes sen ciatim vero se hoc priuilegium in cit. textu deprehendisse credunt NICO- tentia sua ra LAVS de GRASSIS de effectibus clericatus effect. VII. COVARRVIAS lib. II, tiones petant. variar. resolut. c. 1. aliquie plures, quos magno numero allegant canonistiæ, qui tamen probationem ex ipso textu non depromunt, sed aliunde eam arcessunt. Forsan in eam ideo fecesserunt opinionem, quod pon- tifex

cuius si ad inopiam redacti sunt, necessaria iis relinquenda sunt alimenta, & duntaxat in tantum, in quantum facere possunt, executio facienda est.

Alii textum
de cessione in-
telligunt.

§. VII. Alii negant, beneficium competentiae in adducto textu clericis esse concessionem, sed illum tantummodo de *beneficio cessionis honorum* q) intelligi debere, hoc effectu, ut clericis nulla, nec excommunicationis, nec carceris molestia affici debeat, id quod ex subiecta clausula de cautione praestanda concludunt.

Alii vero nihil
inibi clericis
concessionem
credunt.

§. VIII. Alii denique, nihil solidi ex hoc textu concludi posse, omnesque eorum conatus esse irritos iudicant, qui vel beneficium *cessionis* vel *competentiae* ex eo elicere conantur r), quod

tifex rescribat, clericum non soluendo existentem excommunicari non posse, sed tantum adstringendum esse, ut cautionem idoneam praestet de soluendis debitis, si ad pinguorem fortunam peruererit. Nullo modo itaque eum molestandum esse crediderunt; alioquin enim, si pontifex ODOARDVM noluisset *beneficio competentiae* frui, sine dubio mandasset, ut iuxta c. 2. X. *de fidei suff.* executio in redditus beneficii fieret.

§. VII. q) Hanc sententiam GLOSSA ad cit. text. amplexa est, creditique, clericum ODOARDVM paratum fuisse cedere bonis, sed ab Archidiacono ad illud beneficium non fuisse admisum, quam sententiam nouissime approbavit B. STRYK. in not. ad ius eccl. Brunnum. lib. II. c. 15. §. 33. Evidem GONZALEZ. ad cit. text. num. 6. hanc improbat interpretationem, ex ea ratione, quod non tantum cessionis mentio in textu non fiat, sed etiam, quod, si GREGORIVS intendisset, clericum bonis cedere debere, etiam decreuisset, ante relaxationem excommunicationis ipsum ODOARDVM etiam prius bonis cedere debere. Sed non inepte dici posset, textum cum omnibus circumstantiis non referri, plura esse truncata; adeoque rationem latere, quare ODOARDVM Archidiaconus ad beneficium hoc admittere noluerit, nec necesse fuisse, ut adderet, ante relaxationem ipsum cedere debere, quippe ad cessionem paratus fuit, nec de eo dubium aliquid superesse poterat.

Sententia
Glossa.

Lauterbachii
interpretatio.

§. VIII. r) Ita opinatur LAUTERBACH. diff. de benef. compe-
tentie.

quod neutrius beneficii pontifex mentionem iniciat, sed aliunde satis mens pontificis in *cit. textu* colligi queat.

§. IX. Et, si dicendum, quod res est, facilius erit, oleum ex pumice extorquere, quam ullum clericis priuilegium ex hoc textu tribuere. Nihil iuris singularis in eo clericis assignatur. Quod pro debito in casu inopiae excommunicari nequeant, iuris communis est, & in laicis quoque obtinet s). De cetero minime in textu dicitur, quod clerici pro debito non possint capi,

tent. §. 33. aitque: *Quæ fuerit mens Pontificis ad certum casum rescribentis, ex ipsis d. cap. verbis perspicue satis cognoscitur. Nimirum clericum nec ob confessa debita excommunicari posse, & excommunicationis sententiam illo casu, de quo rescribit Pontifex, a iudice latam, prestita cautione de solutione, si ad pinguiorem peruererit fortunam, facienda, statim esse rescindendam. Quod autem voluerit clericis certum priuilegium concedere ac determinare, in quantum clerici conueniri aut condemnari possint, de illo ne syllaba quidem ibidem inuenitur.*

§. IX. s) Hoc clarissime liquet ex c. 5. X. de usur. vbi Pontifex generaliter ita censuit: *Illi autem, qui non habent in facultatibus, unde usuras valeant restituere, non debent illa pena multari, cum eos nota paupertatis evidenter excusat.* In eo ergo peccauerat Archidiaconus Rhemensis, quod ODOARDVM, soluendo non existentem, excommunicauerat, adeoque sententia non valebat. Nec inde, quod Pontifex assertit, *si confitebitur &c.* argendum est, inopiam debitoris clerici nondum probatam fuisse; rescribit enim Pontifex ODOARDO supplicanti, & iuxta ipsius narrata conditione responderet, quemadmodum omnia rescripta sub hac clausula: *si preces veritate nitantur, intelligi debent.* Illi vero prorsus a veritate aberrant, qui ideo nullam fuisse excommunicationem putant, quod ab Archidiacono esset decreta, utpote cui regulariter *ius excommunicandi* denegatum est; nam ipse contextus ostendit, Pontificem, hac de causa excommunicationem relaxandam esse, haud indicasse, sed potius aliunde fundamentum decidendi petuisse. Et quia etiam Archidiaconi per immemorialem prescriptionem *ius excommunicandi* acquirere possunt, inter plura alia, quæ GONZALEZ ad *cit. cap.* adducit, etiam liquet

N

ex



capi, aut alia molestia adisci t). Et si vel maxime id ipsum pontifex supposuisset, nihil aliud, quam commune beneficium ODOARDO applicuisset, *cessionis*, scilicet honorum quod rursus laicis quoque debetur. Multo minus *beneficii competentiæ* vlo modo mentio fit, cuius certe pontifex in præsenti casu haud oblitus fuisset, si clericis illud indulgere voluisset. Quin potius etiam tunc, si pro parte soluere haud possit, excommunicationem relaxandam esse censet, simulque innuit, cum ad soluendum adigendum esse, si pro parte soluere queat u). Nec quod sub cautione idonea dimittendus sit, vllum beneficium habet, quin magis grauat debitorem clericum, cum alioquin nequi-

ex diplomate notabili apud SCHATEN. in annal. Paderborn, lib. XI. ad annum 1263. quo Archidiaconis quoque hæc facultas corroborata est. Præterea quoque illis haud assentendum, qui volunt, excommunicatiōnem in dicto casu valorem habuisse, ideo quod Pontifex præceperit, relaxandam esse, quod fieri haud potuisset, nisi excommunicatio vinculum habuisset. Notum enim est, sèpius in iure canonico illa relaxari dici, quæ vires non habent & nulla sunt, prout in materia de iureirando huīus prædicti abusus quoque occurrit.

t) Et tamen hoc ex textu eruit GRAN-ANETTO ad cit. c. 3. n. 1. ideo: *quicunque ob debita non debet excommunicari, ille quoque nec incarcерari potest.* Verum consequentia ratio laborat. Nec laici, qui soluendo non existunt, excommunicari possunt, & tamen nemo negabit, eosdem capi & incarcерari posse, si priuilegio *cessionis honorum* vtique nequeant. Deinde excommunicatio in eiusmodi debitore omni caret effectu; non incarcерatio, qua merito coercentur, qui sua culpa bonis labuntur.

u) Nunquam a Pontifice omittitur occasio, qua clericis noua indulgere potest priuilegia, sed nec hic, nec alibi *beneficii competentiæ* mentionem facit. Sane in C. 2. & 3. X. de fideiiff. rursus occasionem habuisset, illud eis tribuendi, si voluisset. Simpliciter vero disposuit, quod redditus beneficiorum in solutionem debitorum conuertendi, non autem, quod tantum contra eos facienda sit executio, in quantum facere possint; quod addi debuisset, si ea fuisset mens Pontificis:

Recta

Ab excommunicatione ad incarcerationem non valet consequentia.

Non fuit p. p. intentio clericis benef. competentiæ tribuere.

nequidem hi, qui bonis cesserunt, ad cautionem adstringantur; sed tantum hi, qui vel rescriptum moratorium impetraverunt

Recta ratio & bona interpretationis regulæ suadent, ut regule tamdiu sit standum, donec proberetur exceptio, quam legislator expresse addere debet, cum non presumatur. Et tamen GONZALEZ ad cap. 2. X. de fideiuss. num. 10, ita Pontificem ex praeconcepta opinione intelligendum esse contendit. Nec obstat, ait, primum argumentum difficultatis, quia non negamus, cum capiantur fructus beneficii ex causa iudicati, prius congruam portionem clericu[m] esse assignandam, ita ut ultra quam facere possit, non condemnetur. Sed hoc non est interpretari textus iuris, sed vim eis facere. Provocat quidem ad c. 3. X. de solut. verum id ipsum est, de quo litigatur, an in hoc textu singulare ius clericis datum sit? Cur enim Pontifex duos hic casus supposuerit; (1) quando in totum, (2) quando pro parte debitum solui non possit, si beneficium competentia[e] eis indulgere voluisse? Si in totum debitum solui nequit, nihil habet, quod ei ad necessaria vitae alimenta relinqui possit: neque enim omnes clerici statim præbendati sunt, plures ordinantur ad titulum patrimonii, quod tamen variis casibus ita atteri, & extenuari potest, ut debita ipsum patrimonium superent; ita ut apud Pontificios facile casus existere possit, quo in totum debitum solui nequeat. Si pro parte solui nequit, necessario presupponi debet, eorum patrimonium pro parte solutioni debitorum sufficere, adeoque Pontificem indigitare, ut pro parte etiam solutio debiti fiat. Dicis forsitan, intentio Pontificis fuit, ut etiam eo casu ad soluenda debita clericus cogi nequeat, si tantum pro parte exsoluere non possit, ut bona potius retineat, vnde vivere queat. Verum si id intendisset Papa, clarissimus absque dubio locutus fuisset, imo nec illud cupere potuit, cum contingere valeat, ut qui pro parte soluere nequit, plus retineat, quam beneficium competentia[re] requirit. Fac clericum in bonis habere decem millia thalerorum, & debere ultraduodecim millia, sane pro parte soluere potest; Verum si hic ab omni solutione debiti esset immunis præstandus, plus retineret, quam beneficium competentia[re] desiderat, & locupletaretur cum insigni creditorum detimento, qualis interpretatio, & equitat plane adversa, admitti nequit.

uerunt x), vel illi, qui beneficio competentiæ vrebantur, quamvis ab his nulla cautio fideiussoria, sed nuda promissio desiderabatur y).

Affirmanti-
um cetera
rationes.

Vnde ius ca-
non. decisi-
onem suam
hauserit?

Quæ cautio
in c. 3. X. de
solut. exige-
tur?

Clerici mili-
tes coelestis
militia.

§. X. Ne vero hoc solo textu uti videantur, ad alias etiam iuris rationes sententiae huius propugnatores configunt. Aiunt x), milites coelestis militia æquiparari terrestribus a): & quemadmodum militibus beneficium competen-

x) Per l. 4. de precib. Imper. offer. vbi Imp. ita: *vniuersa rescripta, quæ in debitorum causis super præstandis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, nisi fideiussio idonea super debiti solutione præbeatur.* Si quid diuinare valeo, puto, Pontificem ex hoc textu suam decisionem formasse, præsertim cum etiam *idoneam cautionem* desideret, ita ut non sufficiat nuda promissio, vt ipse GONZALEZ num. 2. obseruat.

y) De marito, qui non est soluendo, hoc traditur in l. vn. §. 7. C. de R. V. A. his verbis: *cautione videlicet ab eo exponenda, quod si ad meliorem fortunam peruerterit, etiam quod minus persoluit, hoc restituere procuret.* Sub *cautione* autem non intelligi satisfactionem, patet tum ex l. 3. C. de verb. & rer. signif. tum etiam speciatim in materia de *beneficio competentiæ* ex l. 63. §. 4. pro soc. ex qualique, nudam promissionem sufficere. Quæ cum ita sint, apertum est, Pontificem ad hanc *cautionem*, qua *beneficium competentiæ* desiderat, respicere haud potuisse, quin potius quoad *beneficium cessionis*, quod ODOARDO denegare noluit, singulare quid constituisse, quod alias de iure ciuili non erat necessarium, sed ab illis tantum præstandum, qui rescriptum moratorium impetraverunt.

§. X. z) GLOSSA ad l. 6. pr. D. de re iudic. hoc argumento vtitur, quam vt idolum, plerique adorarunt. Ait: *Quid in militia coelestis militibus?* Respondetur, idem multo magis, cum per eos summi Numinis veniam sperenus. Inde cateruatim quoque in hanc sententiam inerunt canonistæ, & hoc argumentum ad illustrandum c. 3. X. de solut. adhuc uere. Vid. GRAN-ANIETTO ad c. cit. 3. §. 2. FAGNANVS ad cit. text. n. 19. VVIESTNER. insit. iur. canon. ad cit. tit. n. 21. sqq. HENRIC. CANISIUS in comm. ad cit. c. 3. n. 1. GONZALEZ ad cit. text. n. 14.

a) Vid. c. 19. C. 23. qu. 8. C. 1. X. de cleric. ægrot.

§. XI.



tiæ tribuitur, ne deserant militiam; ita multo magis hoc priuilegium cœlestibus militibus competere debere, ne a diuinis ministeriis se abstineant, & in ordinis opprobrium teneantur mendicare.

§. XI. Sed hoc argumentum insigni laborat vitio. Qui- Quæ refutan-
cumque in vno vel altero comparantur, non plane iidem sunt tur.
censendi, nec iisdem debent *ubique* gaudere iuribus. Præterea
beneficium competentiæ est ius singulare, quod interpretatio-
nem extensiuam non admittit, nec ad alias extendi potest per-
sonas, quam quibus leges id indulseret b). Suadent hæ ratio-
nes, æquum esse, vt clerici hoc iure fruantur, minime vero
probant, illis tale ius datum fuisse.

§. XII. Interim, quod ratio iuris efficere non potuit, id Ex consuetu-
vñs constituit, propagauit, corroborauit, cuius magna in am- dine clerici
biguis quæstionibus decidendis est auctoritas c). Postquam benefic. compe-
enim fere ad vnum omnes interpretes in c. 3. X. de solut. cleric- tentia habent.
is beneficium competentiæ indultum esse existimauit,
hæc opinio tam altas in praxi egit radices, vt etiam in foris
protestantium recepta, & vsu frequentiore approbata sit d);
ita

§. XI. b) Optime ENENCKEL. de priuile. lib. II. c. 4. n. 42. hac de ar-
gumentandi ratione ratiocinatur, & illorum, inquit, audaciam nun-
quam ego excusauero, qui sepe non ita magna ratione moti, priuilegia
omnia, etiam quæ considerate & determinate maxime circumscripserunt
Principes, ex vno genere in aliud diuersum transferunt: & quo loco ipsi
Principes, difficiliores se plerumque exhibere solent, bi adeo sunt faciles &
benigni, vt paucis versibus & pagellis res maximi ponderis & momenti præ-
stare posse presumant. Tales sunt v. c. qui militum priuilegia ad clericos,
ad scholares, aduocatos &c. transferre solent. Equidem militibus mul-
ta Imperatores, & magna priuilegia dederunt: sed & sua clericis, sua ad-
uocatis, sua scholaribus dederunt.

§. XII. c) l. 37. l. 38. D. de LL. FRANZKIVS in comment. ad D. tit. de
LL. n. 10.

d) Hanc obseruationem illustrat CARZOV. P. I. C. 32. def. 18. inf.

ita ut non possim non hanc quoque sententiam amplecti, non quidem ratione iuri scripti conuictus, sed interpretatione sua-
li inductus, cui aequitas assistit e).

*Quæ ad hoc
requirantur.
Primum re-
quisitum.*

§. XIII. Praeupposita ergo hac praxi, requisita, vt huic beneficio locus esse pos sit, specialius consideremus. Requirunt (1) clericos in ordinibus sacris constitutos t): Nec enim clerici minorum ordinum, aut qui tantum primam tonsuram acceperunt, eodem favore digni sunt, multo minus in eos qua-
drat ratio æquitatis, antea adducta g), ne dicam priuilegia stri-

Et

LAVTERB. de benef. compet. §. 32. in f. MEVIVS in discuss. leuam. in op. debit. c. IV. scil. 7. n. 35. GAIL. I. obs. 117. n. 9. B. STRYK. in not. ad ius eccl. BRVNNEM. lib. II. c. 15. in f. MULLER. in not. ad. STRVV. Ex. 44. §. 20. lit. N. in f.

Aequitas be-
neficii com-
petentia
clericorum.

e) Cederet alias inopia clericorum debitorum, & rigor creditorum in præiudicium ecclesie, cui nimis propter inopiam amplius deseruire non possent: quin quod alia incommoda inde metuenda essent, vnde ex redditibus ecclesiasticis communiter egentibus clericis certum quid in sustentationem assignare solent, quod vocant, die competenz setzen und geben, quæ vero supersunt, creditoribus in solutionem assignantur.

Non pertinet
hoc benefici-
um ad cleri-
cos minorum
ordinum

n quibus
cessat ratio
æquitatis ad-
ducta.

§. XIII. f) Ita recte censet COVARVVIAS lib. II. var. resol. c. 1.
num. 9. additque: Non aliter decretalis haec (scil. c. 3. X. de solut.) in
foro admittenda est, ob multitudinem eorum, qui temere sine aliquo delectu,
vt vitiis & criminibus liberius vacent, primis & minoribus ordinibus solent,
maxima profecto pralatorum incuria, insigniri. Certe indigni sunt hoc be-
neficio, qui clericorum titulo superbunt, non tamen sacris inseruiunt.

g) Ecclesia sane nullum inde sentit incommodum, si hi in solidum condementur, nec ordini clericali ullum dedecus infligitur, si vel
maxime hoc beneficio non gaudent. Gaudent quidem priuilegio fori,
quod ad ampliandam iurisdictionem ecclesiasticam inualuit, sed inde
non necesse est, vt omnium clericorum iuribus fruantur, maxime cum
ostendi nequeat, hoc beneficium omnibus clericis sine delectu datum
fuisse,

ste esse interpretanda, maxime quæ sola visuali interpretatione constant. Vnde nec hodie inter protestantes ad *ædituos, custodes,* aut *organicos* illud extendi potest. Quod vero capitulares & canonici apud pontificios eodem gaudeant, nullam habet dubitandi rationem, maiorem vero apud protestantes, apud quos, si officia spectas, fere non sunt clerici. Ast cum adhuc per instrumentum pacis dignitate ecclesiastica cum episcopis præfulgeant, priuilegia quoque alias canonicis competentia iis denegari nequeunt h): cum etiam adhuc hodie aliis immunitatibus fruantur.

§. XIV.

fuisse, quod sola interpretatio visualis ex rationibus adductis firmauit, quare ad hos clericos, de quibus loquimur, applicari haud potest. Opponit quidem FAGNANVS generalitatem textus *in c. 3. cit.* sed sciendum est, (1) in eo contineri casum specialem, nec constare, qualis clericus fuerit: (2) adhuc nondum esse euictum, illum de beneficio *competentia* intelligi debere: quin potius (3) ex solo vsu forensi eo gaudent, qui illic non æque communis est, saltem haçenus probari non potuit: Accedit (4) quod ex dispositione concilii Tridentini *seff. XXIII. de refor. c. 6.* nequidem omnes clerici minorum ordinum beneficium fori habeant, sed illi demum, qui vel beneficium ecclesiasticum habent, alicui ecclesiae ex mandato episcopi inferuiunt, aut in aliqua schola vel vniuersitate de licentia episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versantur: reliqui manent sub foro seculari, & nullatenus gaudent priuilegiis clericibus. CANISIVS *ad c. 3. cit. n. 5.* Forsan ergo clerici minorum ordinum, iuxta concilium Tridentinum qualificati, hoc beneficio gaudebunt? Ego vero nec hoc dixerim: ideo enim vsus clericis illud dedit, quia militiam celestem agere videntur: At vero illam haud exercent *otiosi clerici*, vel ipso CANISIO obseruante, si vel maxime beneficium teneant, vel in aliqua schola versentur, nam & hi adhuc *otiosi* sunt respectu ministerii sacri. Ceteri, qui ex mandato episcopi ecclesiae alicui inferuiunt, non quidem otiosi sunt, sed tamen *ministeria* eorumdem *vulgaria* non sine graui abuso *militia celestis* dici queunt.

h) Forsan etiam his opponi posse censes, quod nullam militiam co- Canonici militem agant. Verum hæc omnino iis demandata est, vnde etiam resi- lites celestes dentia sunt,

Secundum.

§. XIV. *Probanda* (II) est *inopia*, ob quam soluere nequeunt. Quamvis vero varios eam demonstrandi modos adferri soleant i), simplicissimus tamen modus est, si clericus debitor a Consistorio iubeatur patrimonii sui edere specificationem iuratam k); ut quantitate eius persensa iudex determinare queat, quid clericō debitori pro eius dignitate relinquē debeat.

Tertium.

§. XV. Inquirendum (III) in *causam inopie*. Indigni enim hoc beneficio reputandi, qui luxuriose viuendo substantiam suam dissiparunt, & fraude sua l) inopes facti sunt, cum delinquentibus iura non succurrant. Leuiori tamen culpæ condonandum erit.

Quartum.

§. XVI. Ratio quoque (IV) ipsorum debitorum habenda. Quippe ratio iuris non patitur, vt (1) clericis, si in negotiis aliis illicitis deliquerint m), succurratur, qui potius carceri mancipandi

Vnde inopia colligatur?

Requiritur
specificatio
iurata.Dolus & luxuria benef. comp. exclu-
dunt.Ut & deli-
quum.

dentia ab illis exigitur; quod vero hæc vt plurimum otiosa sit, & omnia per vicarios expediantur, ad abusus, non usum iuris legitimi spectat.

§. XIV. i) In eo conueniunt, quod summarie docenda sit paupertas, quam ex eo colligunt, si visus sit clericus debitor mendicare. ALOYS. RICCIUS in *prax. resol.* 245. n. 2. vel ex pluribus aliis conieaturis, de quibus plenissime agit MASCARDVS de *probab. concl.* 1154.

k) Nam etiam hanc edere iubetur, qui bonis cedere vult *MEN-
SIS de specif. iurat. C. IV. §. 28.* nec dispar ratio quoad hoc beneficium allegari potest.

§. XV. l) Plerique dolum desiderant, vt FAGNANVS cit. l. n. 44 sed ab hoc parum absunt, qui luxuriose viuunt l. 8. D. pro emtore, maxime clerici, quorum vita alios mores omnino postulat, vt merito clericorum priuilegiis priuentur, qui vita sua pessimos quosque superant. Ita optime censent BARBOSA ad cit. c. n. 22. & NICOLAVS de GRASSIS de effect. clericatus effect. VII. §. 32. sqq.

§. XVI. m) Obiter hoc tantum addidi, cum alias de huiusmodi debitoribus me in hac disputatione non agere, supra modo monuerim. Vid. cap. I. §. ult. & cap. III. §. 2. Illustrari hoc poterit ex c. l. X. *depos.* ubi questio est de clericō depositario, qui depositum inique

cipandi sunt: (2) Imo etiam illis, qui negotiantur n).

§. XVII. Tandem quoque (V) videndum, an etiam Quintum huic beneficio, quod ex c. 3. X. de solut. sibi competere putant, renunciauerint o)? Evidem plures p) dubitarunt, utrum etiam huic beneficio renunciari possit ad effectum, ut ob debita

inique occultauerat, animo furandi & intercipiendi, quo intuitu etiam fur ibidem dicitur. Hinc beneficium nullum indulgendum erat; quin potius iubet Pontifex, eum, si necesse sit, vinculis alligari. Ulterius clerici calumniatores, & qui friuale lites protrahunt, in expensas condemnantur, quas si soluere nequeunt, aliter puniuntur, quia haec condemnatio in expensas genus poenae est. C. 5. X. de dol. & contum. Nec porro parcendum est illis, qui in fraudem creditorum bona sua aliena- runt, sed recte incarcerantur. De GRASSIS cit. l. n. 36.

n) Nam nec hi fori priuilegio gaudent, sed tales clerici mercato Idem in clericis iure communi ceterorum mercatorum vtuntur, si ex contractu mer- caturam concernente conueniantur, ut nec difficitur de GRASSIS cit. eff. bus.

VII. num. 63. sqq. Conf. supra cap. II. §. 21. lit. v. in not.

§. XVII. o) In antiquis chirographis frequentissime haec clausula Renunciatio occurrit: Ich renunciire auch hierbei allen Rechts-Wohlthaten, ins besondere dem c. Odoardus: adeo ut chirographis, nomine ecclesie & monasteriorum conscriptis, inseri soleat, quia ipsi clerici sub ecclesia & monasteriis intelliguntur.

p) Imo plerique negatiuam tuentur; qui vero in castra affirman- Illam plures tium eunt, pauci sunt, quia boni. Vulgus negantium sequuntur de non admitt- GRASSIS cit. l. n. 28. GONZALEZ ad c. Odoardus 3. X. de solut. n. 17. WIEST- tute.

NER ad tit. X. de solut. num. 29. BARBOSA ibid. num. 24. FAGNANVS ibid.

n. 74. Inter hos WIESTNER, FAGNANVS, aliqui nequidem iuratam renunciationem admittunt, quia priuilegium hoc non singulis, sed toti ordini datum, cui nec per iuramentum renunciari potest. Eodem argumentandi genere ipse vtitur Pontifex in c. 12. X. de for. compet. supponitque, tale iuramentum esse contra leges. Alias ineptias addit FAGNA- NVS cit. l. quibus probare conatur, eiusmodi iuramentum contra bonos mores esse, quia, ait, carceris squalor contra equitatem naturalem est, & ex hoc sequitur inhumanitas & crudelitas; liberi hominis caro & corium non possunt esse in obligatione.

O

q)

bita incarcerari queat clericus, quoniam condemnatio in solidum sit contra reuerentiam, his personis debitam, & tali renunciatione toti ordini, cui priuilegium hoc datum, præjudicetur q). Quidam tamen r) hoc restringunt ad renunciationem simplicem, iurata excipientes, ne alias in perjurium incident, adeoque ante obtentam absolutionem permanere in carceribus debeat.

An beneficio
competentiae
& cessionis
possit renun-
ciari?

§. XVIII. Verum interpretes in hac quæstione omnia turbant & miscent. Omnes ad vnum defendunt, in eo textu, de quo hactenus actum, agi non de cessione, sed pinguiori beneficio, competentiae scilicet. Attamen, si omnium rationes conferantur, potissimum illuc redeunt: An clericus possit renunciare beneficio cessionis? Quod tamen nolunt esse in quæstione, dum generatim querunt, an renunciari possit beneficio cap. ODOARDVS? Distincte potius procedendum & inquirendum: (1) An possint renunciare beneficio competentiae? quod affirmandums censeo. (2) An beneficio cessionis? quod itidem

An relaxatio-
renunciationis
peti possit?

Effectus re-
nunciationis.

q) Conf. supra cap. III. §. X. lit. i)

r) Ita sentit CAROLVS de GRASSIS cit. l. sed meo iudicio ludit. Ait enim, renunciationem validam esse, posse tamen eundem petere relaxacionem, nec hanc esse denegandam. Certe non satis sibi constat: si enim obligatur ex tali renunciatione iurata, obligatur quoque, ne semet, inuito creditore, ab e liberet, quod tamen facit petendo relaxationem. Reuera non obligatur, cuius in potestate est, vt non sit obligatus, quia absolutione talis ei non debet denegari, vt expresse addit. O barbaram philosophiam!

§. XVIII. s) Neque dum hoc affirmo, statim assero, clericos carceri esse mancipandos, quem effectum renunciatio huius priuilegii minime habet; sed eum tantummodo, ne alimenta necessaria excipere, verum omnibus potius bonis spoliari, vel, vt lenius dicam, priuari queant. Interim autem hoc ipso non statim amittit beneficium cessionis, quia cum omnis renunciatio sit striati juris, extendi nequit, & consequenter per renunciationem, amissio beneficio competentiae, non simul amissum censem-

arbitror, cum nulla obstet ratio, quo minus se ad carceres obligare queant, prout obligatio obstatii & cambialis liquide docet).

§. XIX. Hoc facile concederim, renunciationem talem Renunciatio
non colligitur
ex iuramento. debere esse expressam: neque enim illa inducitur ex solo *iuramento*, quod debito a clericis adiectum est, cum etiam hoc intelligatur.

consentetur beneficium commune, quod etiam laicis indultum est, *cessionis nimirum*. Evidem vrgent, tendere tales renunciationem in praedictum *status clericulis*, quod ita in istius opprobrium mendicare, aut alias sordide viuere clericiteneantur, ut philosophatur Wiestner *cit. l. n. 29.* Nescio tamen, an vnius, alteriusue inopia toti ordini opprobrium adferat. Senatorius ordo & consiliariorum est satis honestus, imo amplissimus: Ponamus, competere senatoribus & consiliariis hoc beneficium, quod nonnulli docent; an ergo ei renunciare possunt? Facilius hoc indulgebunt, & quidem recte, cum vnius, alteriusue senatoris, consiliarii, aut Doctoris inopia tali ordini nullum praediudicium inferat. Militibus sane renunciatione haec cum effectu iuris non denegatur, *arg. l. penult. c. de paci.* & cum alias iura militum clericis adoptent, cur hanc potestatem illis denegabunt? Forsan ideo, quod tantum in favorabilibus milites sint, non in odiosis. Sed hanc responsionem solidior non fert jurisprudentia. Enimuero non probo duritiem creditorum, si renunciationi huic rigide insistant; qui potius omnibus modis inducendi sunt, ne iure suo vtantur: Interim si ad misericordiam, cui leges non sunt scriptae, flecti nequeant, sententia secundum pacta conuenta omnino ferenda erit.

t) Non defuere, qui existimarent, cessionis beneficio nullo modo renunciari posse, quos satius modo refellit B. STRYK. *in cautel. contr. sect. II.* Beneficio cessionis quoque renunciari queat? e. 7. §. 39. Interim quod speciatim ministros ecclesiæ concernit, distinguo inter *iudicis* & *Principis* officium. Ille secundum pacta & conuentia iudicat, & quia nemo cogitur, uti beneficio cessionis, ideo eum, qui declaravit, se nolle uti hoc beneficio, condemnnet ad carceres. Princeps autem, qui pacta subditorum etiam temperare potest, si inde ecclesiæ adferri incommode videt, huius renunciationis effectum suspendere non impeditur, cum omnia iura subditorum subordinata sint saluti publicæ, ad quam primario princeps respicere debet.

telligatur sub clausula, rebus sic stantibus u), & proinde falsa & eronea sit doctrina, iuramentum habere effectum *renunciationis omnium beneficiorum x).*

Quando be-
nef. compe-
tentia cesset?

§. XX. Referuntur præterea adhuc plures casus y), in quibus hoc beneficium clericis debitoribus interpretes de negant, dum simul docent, quam strictis hoc cancellis inclusum sit.

§. XXI.

§. XIX. u) Hoc satis innuit Pontifex in cap. 25. X. de iureiur. & recte adstruit CAROLVS de GRASSIS cit. l. n. 20.

Iurans non re-
nunciat.

x) Plenissimus hac in doctrina est SERAPHINVS DE SERAPHINO de priuil. iuram, & additionator eius BENCKENDORFF; sed, quod negari nequit, uterque plenissime & sæpiissime errat. Speciatim priuil. 56. putant, iuramento, quod debito annexum est, tolli beneficium competentiæ, quod habeat vim specialis consensus & renunciationis, quæ ratio tamen id petit, quod est in principio. Qui iurat, non renunciat, & qui priuilegiis cessionis & competentiæ vtitur, minime intendit, solutionem profus declinare, sed eam tantum tamdiu suspendere, donec ad meliorem fortunam peruererit.

Nouem refe-
runtur casus.

§. XX. y) Refert BARBOSA ad cap. 3. X. de solut. nouendecim casus, in quibus partim beneficium cessionis, partim competentiæ cessat, quæ duo vbique confundit. Nonnullos iam in antecedentibus modo adduxi; reliquos ergo hic examinabo. Excludit itaque hoc beneficium (1) in debitore pensionis, quam ex beneficio alii debet. Evidem GRATIANVS cap. 222. num. 53. in diuersam abit sententiam, sed sine ratione, quia pensiones afficiunt ipsum beneficium, & præcise ex eo solui debent, fauoremque alimentorum pro se habent. (2) Si creditor clericu debitorre pauperior existit, quod itidem admitto, quia in genere in tali casu beneficium competentiæ cessat. (3) Si clericus coniugatus est; hunc enim indignum priuilegiis clericalibus censem, quod ad nostra fora applicari non posse, quilibet videt. (4) Quando clericus est de fuga suspectus, quod etiam admittit HARTMANNVS HARTMANNI lib. II. obs. pract. c. 2. obs. 4. Hoc vero tantum eo pertinet, vt possit incarcerari ad impedirem eius fugam, non vero, vt eo ipso amittat beneficium cessionis vel competentiæ. Sed tam late extendunt dispositionem dict. cap., vt omnem incarcerationem eo ipso prohibitam esse, credant, quod tamen vix inde euinci

§. XXI. Quia vero in honorem ministerii hich honos clericis debetur, ne ob *debitum* facile incarcerari queant, & præterea beneficium competentiæ personalissimum sit; hinc per se inde fluit: (1) vxorem, viduam, aut liberos Pastorum beneficio competentiæ non gaudere: (2) incarcerari quoque illos posse, nisi iure communi beneficio cessionis gaudeant z).

Est hoc beneficium personalissimum.

§. XXII.

euinci potest. (5) Si clericus negauit debitum, in pœnam scil. mendacii, quia indignus est beneficio, qui negat beneficij fundamentum. (6) Si post condemnationem suscepit terminum, h. e. certo tempore soluere promisit, quia hoc modo *competentiæ* beneficio renunciassè censetur. Sed cum plerique interpretes renunciationem non admittant, vix est, vt hanc quoque limitationem approbari possint: accedit, quod renunciatione, quia non præsumitur, sed expresse fieri debeat, inde vix colligi queat. (7) Si clericus heres sit debitoris, nec conficit inuentarium, quod præsumtio contra eum militet; verum hodie sine difficultate ad iuramat specificationem admittendus erit. (8) Si actione reali conuenitur. (9) Si bona aliena, tanquam tutor vel gestor, administravit &c.

§. XXI. z) Priuilegio *fori* enumeratae personæ quidem gaudent. Quæ personæ Quod inter alios statuit Braunschw. Birch-Ordnung de a. 1709. art. foro clericorum. §. 2. In den übrigen sollen die Prediger, deren Frauen und Kinder, rum priuilegio von denen weltlichen Gerichtbarkeiten, gänzlich eximiret seyn, dieselben giato gau auch insonderheit für ihre Personen, wie auch die Küster und Schuldiener, auf keine Land- und Forst-Gevichte citiret, sondern, wenn diese selbe womit erweislich beschuldiget würden, solche Beschuldigung von denen Beamten und Superintendenten coniunctim untersuchet, die Strafe nach der Land-Ordnung dictiret, selbige aber der Kirchen zugewendet werden soll. Add. supra c. II. §. 17. lit. k) in not. Ita etiam priuilegia fori, aliaque, quæ non sunt personalissima, a Dd. familiae clericorum indulta fuere. vid. SCHILTER inst. iur. canon. lib. 1. tit. 18. §. 8. ibique in not. Sed recte asserit Dn. LUDOVICI in proc. Confessor. cap. V. §. 4. illud in genere admittendum non esse. Idem quoque de heredibus clericorum suo modo asseritur, vti IDEM d. l. §. 6. ostendit. Ast pudendum certe est, quod IAC. ANTON. MARTA in tr. de iurisd. p. q. cent. 1. cas. 44. asserit, priuilegium fori nimirum ad clericorum concubinas quoque extenden-

110 CAP. IV. DE CLERICO DEBITORE NON SOLV. EXIST.

Quid juris, si
clericis se no-
mine ecclesiæ
obligauerint?

§. XXII. Denique multum quoque refert, utrum cleri-
ci nomine proprio, an vero intuitu functionis ecclesiasticæ con-
traxerint? Priori casu eis gaudent priuilegiis, de quibus hacte-
nus actum est. Posteriori autem non se, sed ecclesiam obligare
voluerunt, quo casu non primario ad beneficia, quibus clericis,
qua tales, gaudent, respiciendum, sed recurrentum ad iura sin-
gularia ecclesiis debitoribus indulta, quæ varia sunt zz,
sed a meo scopo aliena.

dum esse. Sed haec omnia ex ea ratione facta & prorogata sunt, quia fori
Eisdem tamen priuilegium mixtum est. Sic etiam alia priuilegia communicantur vxo-
non competit ribus & liberis, obseruante HERTIO de transit. priuil. personal. ad alias §.
benef. compo- 15. & 19. ast non personalissima, quibus annumeratur beneficium compo-
tentia. HERTIVS cit. l. §. vlt. LAVTERB. de benef. compet. §. 7.

Debitum in
rem ecclesiæ
versum esse
debet.

§. XXII. zz) Huc pertinet, quod ob xs alienum bona ecclesiastica,
imo vasa sacra vendi possint: auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccles. quod
vsuræ leuissimæ quadrantes tantum creditoribus indulgentur, eisque
contenti esse iubeantur: per cit. auth. quod creditor ante omnia ostende-
re debeat, debitum in ecclesiæ vilitatem versum fuisse, per cit. auth. inf.
maxime si ad eius solutionem deueniri debeat ad alienationem rerum
ecclesiasticarum. B. STRYK. in vs. mod. tit. de reb. cred. §. 37. Specia-
tiam tamen in ordin. Magdeb. polit. c. 49. §. 22. hac de re ita cautum est:
Es sollen weder die pialoca, wie sie Namen haben, noch die Städte hin-
für, ohne unsere oder unserer Magdeburgischen Regierung ausdrückli-
che Bewilligung, Geld auf Zinsen zu entlehnern befugt seyn. Da aber sol-
ches, vor publication dieser Ordnung, geschehen wäre, soll so wol denen
piis locis, als Städten, das beneficium l. ciuitas ff. de reb. cred. dergestal-
tu statthen kommen, daß die Zahlung ehe nicht wider sie erkannt, noch vol-
streckt werde, bis die Gläubiger zur Gnüge beybracht, daß das Anlehn in
derer piorum locorum, oder der Städten scheinbaren Nutzen verwen-
det worden, ob auch gleich bey Eistern das ganze Capitul, bey Clösteren
die Aelte oder Pröbste und Conventualen, und bey den Städten die
Biertels- und Gemeinheits-Meister in das Anlehn ihr Vollwort gec-
ben, zu dessen Beybringung denen Gläubigern die Naths- und andern
Rechnungen zu ediren seyn. ic. Reliqua iura, ecclesiis ære alieno obrutis
competentia, lubens prætereo, qui clericis tantum, non vero ecclesiis
ius dicere volui, aliis hanc spartam commendans.

s. D. G.



CLARISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
DN. CANDIDATO

S. P. D.

IVST. HENNING. BOEHMER. D.

FA occupauerat olim omnium animos sententia, clericos immunitatem in omnibus, quæ oneri illis esse queunt, sibi vindicare posse: tum quod legum ciuilium vinculis prorsus essent soluti; tum etiam quod sors Dei, & res spiritualis nominari deberent, quæ iure ipso diuino immunitatem quandam habere credebatur. Accedebat nouaratio, quod Episcopi, Abbes, aliique Theologi primarii iuris canonici interpres essent, qui in dilatandis priuilegiis clericorum propriam agebant causam, & quorum tradita Legistæ, quo olim nomine iuris Romani interpres insignire solebant, sine iudicio & examine suscipiebant, & defendebant. Rariores erant, qui ad exemplum PETRI de FERRARIIS iis se opponebant: tum quia sciebant, se crabrones irritaturos esse; tum etiam quia adeo logico destituti erant iudicio, ut de argumentorum ponderibus iudicare non possent. Monstra opinionum sunt, quas de priuilegiis clericorum adferunt NICOLAVS de GRASSIS, FELICIANVS de OLIVA, ALEXANDER SPERELLVS, aliique, quos enarrare admodum prolixum foret. Quamuis vero ab eiusmodi quisquiliis in multis capitibus hodie repurgata sit iurisprudentia; non desunt tamen, qui quandoque antiquata regustare, & sub prætextu opinio-

num


num communium erronea recoquere intendunt.
In doctrina de clero debitore manifestum de-
prehenditur huius rei vestigium, prout in hac
dissertatione TVA CLARISSIME CANDIDATE, egre-
gie ostendisti. Postquam enim per aliquot an-
nos & in hac & in aliis academiis illis disciplinis,
quaे in melius mentem formare possunt, præser-
tim vero iuri, egregiam dedisti operam, talem-
que & vita, & moribus, & alacritate animi TE
præbuisti, ut alii præsertim TE intuerentur, &
ex formula TVA viuere cuperent, iter illud,
quod aliis immensum videtur, felici conatu, cui
nihil inuium, absoluisti, ut portum securus subi-
re posses. Quod vt ostenderes, subiecisti TE
consuetis examinibus, in quibus eruditio[n]em
TVAM Facultati nostræ sufficierat probasti,
simulque desiderasti, ut publico quoque TE ex-
mini sistere posses. Tale itaque thema elegisti, in
quorationes veras iuris afalsis, solidas ab erro-
neis & superficiariis secernere, & quam caute in-
ter tot fluctus in praxi procedi debeat, demonstra-
re posses. Conatus ex voto cessit, nec vino vendibi-
li suspensa hedera opus est. Sicuti vero hoc ipsum
præsertim mihi, cuius coniunctu & ædibus hacte-
nus usus es, non potuit non pergratum accidere;
ita binis verbis etiam de egregiis TVIS conatibus
TIBI gratulor, & queuis fausta, saluti TVAE
inseruentia, omni animi impetu TIBI appre-
cor. Vale. Dab. in Academia Fridericiana
d. XXVII. Nou. MDCCXV.

05 H 489

ULB Halle
004 220 072

3







DISSESTITO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
**CLERICOC
DEBITORE**

QVAM
DEO T. O. M. ANNVENTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO CAROLO
PRINCIPE BORVSSIAE MARCHIONE
BRANDENBURG. RELIQA
IN REGIA FRIDERICIANA
EX DECRETO ET AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
MODERANTE

DN. IVSTO HENNING. BOEHMERO
ICTO, COMITE PALAT. CAESAR. REGIAE MAI. BORVSS.
CONSLARIO AVLICO ET PROFESSORE IVRIS ORDIN.

PRO GRADV DOCTORALI
SVMMISQVE IN VTROQVE IVRE HONORIBVS ET PRI-
VILEGIIS RITE CAPESENDIS
AD DIEM XXX. NOVEMBR. MDCCXV.
IN AUDITORIO MAIORI
HORIS ANTE- ET POMERIDLANIS
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVCTOR
IACOBVS ECK
COLON. AD RHEN.

HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.
RECUSA MDCCXXXV. (14)